60-63 Cf. Boethium de Dacia, Quaestiones super libros Topicorum IV qu.2.

69-71 Cf. Aristotelem De gener. I (c.2, 315a 29-33; 315b 30).

72-73 Cf. Aristotelem De gener. I (c.1, 314a 21-24).

ram quae agit eam. Unde corruptio naturalis est, quia causatur ⁸⁰ ex principiis naturalibus.

2. Ad secundum dico quod concludit nullum eo modo quo ipsa potest concludere, et dico quod <de> scientia naturali, quae innata est nobis, verum est uno modo. Unde »scientia de rebus generabilibus et corruptibilibus non est nobis innata, ⁸⁵ ergo non est naturalis« <non est verum>. Verum est: non est nobis innata, est tamen naturalis, quia procedit per principia naturalia.

Quaestio 7a.

Utrum alteratio differat a generatione

Quaeritur de differentia generationis et alterationis, utrum alteratio differat a generatione.

Videtur quod non:

1. Omnis transmutatio habens subiectum in actu est alteratio; subiectum in generatione est ens actu: oportet enim corporis reitatem communem remanere elementorum, Commentator in De Substantia Orbis; ergo generatio est alteratio.

2. Item, illa transmutatio generatio est per quam in subiecto aliquid generatur; sed in omni transmutatione aliquid in subiecto generatur; ergo etc. 10

Contrarium vult littera.

Item, si generatio non differret ab alteratione, tunc sicut corpus post suam alterationem non generaretur, sic nec post generationem.

Quaestio 8a.

De positione Anaxagorae: posuit quod os et caro sunt elementa terrae, utrum hoc sit verum

Quaeritur de positione Anaxagorae: posuit quod os, caro sunt ¹⁵ elementa terrae et aquae, etc.

4 in] est ms. 29 elementum] generabilium add.

5-7 Averroes De substantia orbis c.2 (Opera, Vol. IX fol.7 C-D).

11 Aristoteles De gener. I (c.4, 319b 6-8).

Videtur quod hoc sit verum:

1. Illud est elementum ignis et aeris, ex quo ignis et aer generatur: nam elementum est ex quo res componitur; sed ex
20 carne et osse generantur terra et aer; ergo etc.

2. Item, quae sunt aequaliter ex se invicem generata ipsa sibi invicem aequaliter possunt dici elementa; sicut ex simplicibus generantur mixta, sic e converso; ergo etc.

Contrarium dicitur in littera: quod simplicia sunt elementa
25 mixtorum et non e converso.

Item, elementum est illud ex quo componitur res et manet in re; mixta corpora non manent in simplicibus, quia sic non essent simplicia.

Item, illud non <est> elementum alterius quod corrumpitur
30 apud generationem alterius; apud generationem simplicium ex mixtis mixta corrumpuntur; ergo mixta non sunt elementa simplicibus.

Quaestio 9a.

Utrum elementa sint intransmutabilia

Quaeritur utrum elementa sint intransmutabilia, sicut dixit Empedocles.

35 Videtur quod sic:

1. Illud totum quod est incorruptibile et semper unum, debet habere partes intransmutabiles et incorruptibiles; mundus est incorruptibilis et semper unus I^o Caeli et Mundi, et elementa sunt partes mundi; ergo erunt intransmutabilia.

40 2. Item, omne ingenerabile est intransmutabile secundum suam substantiam; elementa sunt ingenerabilia — quia ante elementa non fuit aliquod corpus ex quo possent generari — et omne quod generatur, ex quodam corpore in actu generatur; ergo etc.

45 Contrarium determinat Aristoteles secundo huius ex intentione dicens quod mutua transmutatio elementorum <est> aeterna, quia accessus et recessus corporum caeli est aeternus.

24 Aristoteles De gener. I (c. 1, 314a 24-b 1).

37-38 Aristoteles, De caelo et mundo I (c. 9, 277b 27 sq.).

45-47 Aristoteles, De gener. II (c. 10, 336b 17-26); ibid. II (c. 11, 338a 18 sq.).

Item, in illa lectione: omnibus contrariis oportet praesupponi unam materiam, quia transmutatio est a contrario in contrarium; elementa sunt contraria, habent ergo unam materiam ⁵⁰ respectu cuius sunt transmutabilia.

Quaestio 7b.

Ad primam quaestionem dico quod, si loqueris de generatione substantiae, tunc differt alteratio a generatione; si non, quaelibet transmutatio potest dici generatio, quia in omni transmutatione aliquid acquiritur in subiecto quod transmutatur, ⁵⁵ communi enim sententia docebatur: generatur albus et similia. Differt generatio substantiarum ab alteratione in subiecto, in termino, in agente. In subiecto, quia subiectum generationis est ens in potentia, quia materia est ens in potentia et non corpus in actu, quia || si esset corpus in actu, esset alteratio. Hyle ^{† 84 rb} maxime est proprium subiectum generationis. Subiectum alterationis est quoddam ens in actu, et hoc signat bene nomen alterationis: »alteratio enim est in qualitate et huic alludit nomen«, ^{5°} Physicorum. Dicitur enim alterari quod manens in sua forma et perfectione alterum efficitur, non aliud. Nonne ⁶⁵ omnis alteratio motus est, et motus praesupponit illud subiectum in actu quod movetur? Motus enim non potest esse corporis nisi ipsum corpus praeexistat in actu. Differunt in termino, quia terminus alterationis est in genere qualitatis et terminus generationis est res de genere substantiae. Differunt in agente, ⁷⁰ quia agens generationis est substantia: quod enim generatur, generatur in sibi simili forma et specie; agens alterationis est qualitas.

1. Ad primum argumentum dico quod illa »transmutatio quae habet aliquod subiectum« etc. verum est nisi illud »subiectum ⁷⁵ esse aliquid in actu« accidit illi transmutationi, quia si ex aqua generatur aer, remanet illud commune, scilicet qualitas com-

60 Hyle] ule *ms.* 61 est] esset *ms.* 80 quae] quod *ms.* 96 Unde] *s. l.*

48-51 Aristoteles De gener. II (c.10, 336a 23-31); cf. etiam II (c.7,334a 15-26).

63-64 Aristoteles Phys.V (c.2, 226a 26-27).

munis, et dato quod non remaneret illa qualitas communis, non fieret generatio. Aliter solet dici quod illa »transmutatio
 80 quae habet« etc. verum est, si illud subiectum est ens in actu, sic substantia, tunc talis transmutatio est alteratio. Sed in generatione sic non est, quia illa substantia ex qua debet generari etc. non est substantia in actu, sed in potentia.

2. Ad aliud dico quod verum est, sed non oportet quod ista
 85 transmutatio sit generatio simpliciter. Est tamen alteratio aliqua generatio, quia secundum quid, ut dicitur alibi. Unde verum concludit ratio quod alteratio est aliqua generatio.

Quaestio 8b.

Ad secundam quaestionem dico quod mixta corpora non
 <sunt> elementa corporibus simplicibus, planum est quod e
 90 converso est. Si ergo mixtum est elementum simplicium, tunc mixtum esset elementum mixto, quod est falsum, quia elementum <esset> prius elemento et illud prius se.

Item, omne elementum per diffinitionem suam simplex est,
 5° Metaphysicae: »Elementum est ex quo res primo componitur,
 95 et manet in re et non dividitur« etc. Si esset compositum, esset elementatum. Unde mixta non sunt elementa simplicibus.

Item, elementum in eo cuius est elementum debet manere:
 quod enim corrumpitur apud generationem alterius, non est
 illius elementum, et cum ex carne generatur aqua vel terra,
 100 corrumpitur caro.

1. Ad argumentum dico quod maior vera est: si generatur ex
 aliquo quod manet in eis. Nunc elementa generantur ex carne et
 osse etc., sed caro et os non remanent. Item, illud ex quo etc.
 verum, si illud ex quo generatur sit pars ipsorum generatorum.
 105 Sed mixta, cum ex eis generantur elementa, non componunt simplicia.

2. Ad aliud dico quod quaecumque ex se invicem etc. verum
 est, si eodem modo generantur. Sed si dicatur quod elementa
 ex mixtis eodem modo etc. falsum est, quia si ex mixtis generan-
 110 tur, corrumpitur mixtum. Si e converso generantur, non cor-
 rumpitur elementum.

Quaestio 9b.

Ad aliam quaestionem dico quod elementa sibi sunt ad invicem transmutabilia, et secundum suas substantias et secundum omnes suas dispositiones. Et huius sunt duae rationes: Omne quod est post materiam penitus primam, corruptibile est, et ratio ¹¹⁵ huius est, quia materia prima ad quamcumque formam transmutabilis, ex eadem est transmutabilis, et sicut cum materia transmutatur ad formas, formae generantur, quamquam hoc sit per accidens, sic materia transmutata ab illis formis ad alias, formae corrumpuntur et formae essentiales non sibi sufficiunt in ¹²⁰ esse suo, ideo etc.

Secunda ratio: omne illud ad cuius substantiam est potentia passiva, ipsum est corruptibile: nam potentia passiva contradictiorum est, ut in *De Substantia Orbis* dicitur. Ad omne quod est post materiam primam, est potentia passiva: ex quo ¹²⁵ enim receptum est in materia prima, oportet quod habeat ad hoc potentiam passivam. Et dicendum, non sicut aliqui dicunt, quod elementa sunt transmutabilia secundum partem tantum, sed dico quod sunt transmutabilia secundum totum. Quando- ¹³⁰ cumque enim aliquod corpus est unius naturae in toto et in parte, si secundum partem est corruptibile, et secundum totum. Ergo si ignis secundum aliquam partem est corruptibilis, est ignis secundum totum corruptibilis et etiam transmutabilis. Ideo dicendum quod elementa sunt secundum totum transmutabilia. ¹³⁵

1. Ad argumentum quod mundus est incorruptibilis simpliciter, nam mundus simpliciter est ingenerabilis. Si enim mundus debeat aliquando deficere, ista defectio non est corruptio, quia nulli debetur corruptio nisi cui debetur generatio, I^o Caeli et Mundi. Factio mundi non potest esse generatio, ideo mun- ¹⁴⁰

119 sic—alias] *in marg.* 120 et] *s. l.* 126 enim] *s. l.* 127 non] *s. l.* 129 Quandocumque] *ex quaecumque corr. in marg.* 132 corruptibilis] corruptibile *ms.* 137 enim] *s. l.*

123-124 Averroes *De substantia orbis* c. 2 (Opera, Vol. IX fol. 5 M).

139-140 Aristoteles *De caelo et mundo* I (c. 9, 277b 27 sq.).

dus simpliciter est incorruptibilis. Sicut enim inceptio eius non
 fuit generatio, sic neque defectio eius erit corruptio. Et dico
 quod non sequitur propter hoc quod eius partes sint incorrup-
 tibilis. Non enim est mundus incorruptibilis et semper unus,
 145 quia eius partes omnes semper maneant eadem in numero, sed
 per hoc quod quaedam manent semper eadem in numero, ut
 corpora superiora, et aliae partes generantur et corrumpuntur.
 Animal enim generatur et corrumpitur, omnia enim corpora quae
 sub caelo sunt, sunt corruptibilia, sed non corrumpuntur simul.
 150 2. Ad aliud dico quod elementa sunt generabilia. Et cum
 dicis: ante elementa non fuit corpus ex quo elementa possint
 generari, verum est, quod elementa sunt mundo coaeterna, et
 dico quod non propter hoc sequitur quod elementa sunt inge-
 nerabilia. Non enim sunt elementa generabilia propter hoc quod
 155 ante ea esset aliquod corpus ex quo deberent generari, sed quia
 in ipsis elementis est materia quae est in potentia ad omnem
 formam. Animalia et ipsa inter se sunt generabilia ita quod ex
 uno generatur aliud.

Quaestio 10a.

Utrum elementa sint genita ex chaos confuso

Quaeritur utrum elementa sint genita ex chaos confuso.
 Videtur quod sic.

1. Nam Plato in Timaeo posuit chaos ex quo dicit elementa
 esse producta.

5 2. Item, elementa sunt genita, aut igitur ex nihilo, aut ex
 materia nuda aut ex chaos confuso. Non ex nihilo, quia omnis
 generatio est ex subiecto; neque ex materia nuda, quia mate-
 riam esse separatam a passionibus et morpheis est impossibile.
 Sequitur igitur tertium.

10 Contra, si sic, aut illud chaos est genitum ex nihilo aut ex
 184 va aliquo chaos priori. Si est genitum ex chaos || priori, hoc est
 impossibile, quia erit processus infinitus.

Item, prima corpora non possunt generari ex aliquo corpore
 priori; sed elementa sunt prima corpora; ergo etc.

*Quaestio 11a.**Utrum ista simplicia possint esse elementa mixtorum*

Quaeritur utrum ista simplicia possint esse elementa mixto-
rum. 15

Videtur quod non:

1. *⟨Quod corrumpitur⟩* per generationem alterius, non est illi elementum; sed ignis, terra et aqua et aer corrumpitur apud generationem mixtorum, quia in littera: elementa manentia 20 non erit unum omne.

2. Item, materia et elementa idem sunt; sed corpus in actu non potest esse materia alterius corporis; ergo elementum in actu non potest esse elementum alterius corporis, cum sit corpus in actu. 25

Contra, mixta corpora sunt ex suis miscibilibus ut elementis, et corpora simplicia sunt miscibilia, ut dicit Aristoteles; ergo etc.

*Quaestio 12a.**Utrum elementa sint genita corpora*

Quaeritur utrum elementa sint corpora genita.

Videtur quod sic:

1. Omne corruptibile est genitum; nulli debetur corruptio nisi 30 cui debetur generatio; sed elementa sunt corruptibilia; ergo etc.

2. Item, factio rei generabilis generatio est; ignis est res generabilis: habet enim formam in materia transmutabili, et tale est generabile; ergo etc.

Contra, mundus factus, 2° Meteororum, ergo partes principa- 35 les mundi quae sunt elementa, factae sunt; sed factio mundi non est generatio, *⟨ergo factio partium suarum non est generatio⟩*, quia similis est factio mundi et partium suarum.

Item, si elementa sunt genita, aut ex materia nuda, aut ex subiecto priori; non ex materia nuda, quia talis materia non 40 est; nec ex subiecto priori, cum illis non fuerit subiectum prius.

26 Contra] Item *ms.*

20-21 Aristoteles De gener. I (c. 1, 315a 18-19).

27 Aristoteles, De gener. II (c. 8, 334b 31-32).

35 Aristoteles, Meteor. II (c. 3, 356b 6-7).

Quaestio 10b.

Ad primam quaestionem dixerunt quidam philosophi antiqui
 <primo> quod mundus non est aeternus ex parte ante; secundo
 dixerunt quod mundus habet causam agentem, sicut intellec-
 45 tum; tertio dixerunt agens non potest agere nisi praexistat
 aliquod agibile quod erat in potentia ad ipsum quod agitur, et
 ideo ante mundum posuerunt chaos confusum in quo erant
 omnes partes mundi indistinctae, quae partes mundi erant in
 potentia ad formam mundi, et ille intellectus solus in aliqua
 50 hora incepit segregare partes mundi et corpora caeli, primo
 ignem sursum, terram deorsum et elementa <in> medio, et factus
 est mundus. Et hoc est quod dicitur 3° Physicorum quod intel-
 lectus operatur ex quodam principio cognoscente.

Secundum positionem Aristotelis primum dictum eorum est
 55 impossibile, scilicet quod mundus non sit aeternus a parte ante,
 et est ratio sua ista: effectus non potest sequi suam causam
 sufficientem in duratione: quomodo posses intelligere quod
 causa sufficiens est et non effectus? Causa sufficiens mundi
 fuit ab aeterno, ut primum principium, ergo mundus qui est
 60 eius effectus, sibi est coaeternus. Secundum similiter est im-
 possibile, quod dicunt scilicet quod elementa facta sunt ex
 chaos, quia omne corpus est aliqua pars mundi; sed antequam
 factus esset mundus, non fuit mundus, ergo neque aliquod cor-
 pus. Item, illud chaos aut factum est aeternum aut factum de
 65 novo. Si aeternum, qua ratione hoc, et mundus aeternus. Si de
 novo factum est, aut ex nihilo, aut ex aliquo priori. Si ex nihilo,
 eadem ratione elementa fierent ex nihilo. Si ex aliquo priori,
 tunc erit processus in infinitum. Ergo etc. Ideo dicendum quod
 elementa non exiverunt ex chaos, in quo prius erant confusa,
 70 quia ante elementa non possit esse aliquod corpus generabile.
 Ante enim ignem et terram non est aliquod transmutabile se-
 cundum formam, secundo huius.

64 Item] aut *add.*

42 sq. Cf. Platonem, *Timaeus* 28.

52-53 Aristoteles, *Phys.* III (c. 4, 203a 31-33).

71-72 Aristoteles *De gener.* II (c. 1, 328b 33 sq.); *ibid.* (c. 5, 332a 3 sq.).

1. Ad rationes dico quod verum est quod Plato posuit chaos, sed ipse ponit falsum, vel dicendum quod ipse vocat chaos materiam primam. 75

2. Ad aliud dico quod elementa non generantur ex nihilo, nec ex materia nuda, et non sequitur quod generantur ex chaos, sed generantur ex se invicem, ignis ex terra et e converso. Sed quaero de prima generatione elementorum. Tu aufers dualitatem, quam Aristoteles non opinatur, primam generationem 80 non attribuit elementis.

Quaestio 11b.

Ad secundam quaestionem dico quod elementa simplicia sunt elementa mixtorum. Aristoteles dicit in secundo huius quod elementa sunt in mixto in potentia. Puta non sicut in materia: elementa sunt in materia naturales habentia actus, sed sunt in 85 mixto non penitus corrupta: salvatur enim virtus eorum. Si enim miscibilia apud mixtionem totaliter corrumpenterentur, non esset mixtio. Si enim aqua infunditur vino et totaliter corrumpitur aqua, non est ibi mixtio, sed ipsum purum vinum. Nec perfecte salvantur elementa, quia si essent immixta perfecte salvata, 90 sicut extra, iam non essent plus mixta quam prius, nec esset mixtum. Et ideo necesse est quod forma elementorum sit talis quod ipsa in parte possit remitti et intendi, hoc est in parte corrumpi et in parte manere.

In capitulo de mixtione <de> hoc dicetur. Dicendum quod 95 elementa sunt mixtorum.

1. Ad primum argumentum dico quod elementa corrumpuntur in parte et salvantur in parte. Unde quod corrumpitur perfecte ad generationem unius, non est elementum.

<***>

100

Quaestio 12b.

Ad tertiam quaestionem dico quod si elementa habeant aliam causam, oportet eis dare aliquam factionem ex quo natura ele-

81 non] *in marg.* 101 si] *s. l.* 102 factionem] *quia s. l. add.*

83-84 Aristoteles, De gener. II (c.7, 334b 8-30).

95 *Infra I, qu. 51.*

mentorū corruptibilis est. Omnem istam rem voco factam
 quae habet aliam causam. Oportet igitur primam factionem
 105 elementorū dare. Sed quod de terra generatur ignis et e con-
 verso, non est prima factio. Nonne igitur ista factio elementorū
 est generatio? Philosophus cogitur dare mundo factionem, ergo
 elementis similiter, quae factio non potest esse generatio. Ge-
 neratio enim est ex subiecto, et ante elementa non est aliquod
 110 subiectum ex quo possent generari. Tu quaeris: nonne sunt
 elementa genita? Si loqueris de prima factione elementorū qua
 tota natura elementaris et totus mundus factus est, dico quod
 ista factio non est generatio. Quae enim est factio mundi, talis
 debet esse factio partium principalium mundi, ut elementorū,
 115 et ista factio non potest esse generatio. Si quaeris de secunda
 factione elementorū, scilicet quando unum elementum fit ex
 alio, ista factio est generatio.

1. Ad argumentum. Dico ad primum quod naturalis concedit
 maiorem, scilicet omne corruptibile est genitum, quia ipse non
 184 vb potest considerare primam || factionem elementorū quae non
 est generatio. Superior tamen artifex qui considerat naturam
 elementorū, habet concedere eorū primam factionem, et
 quia ista factio non est ex subiecto et materia, dicit quod non
 est generatio et negabit istam propositionem: omne corruptibile
 125 est genitum.

2. Ad secundum eodem modo: verum est quod aliqua factio
 rei generabilis est generatio, sed non prima factio eius. Nonne
 cum primo factus est mundus, tunc facta sunt elementa primo?
 et haec factio non potest esse generatio. Et etiam elementa sunt
 130 corruptibilia, unde aliqua factio rei generabilis est generatio,
 sed non prima factio cuiuslibet rei generabilis est generatio.

Quaestio 13.

Utrum aliqua factio potuerit esse non ex materia

Quaeritur utrum aliqua factio potuerit esse non ex materia.
 Videtur quod non:

103-105 corruptibilis — elementorū] *in marg.* 105 Sed] *s. l.* generatur]
 sequitur *add. et exp.* 106 non — factio] *corr. in marg.* 107 ergo] *s. l.*
 117 ista] *ipsa ms.* 120 elementorū] quod ipsa debeat habere aliam
 factionem et causam *add. et exp.* 122 eorū] *eius ms.* 124 omne] generabile *add.*

1. Factio est illud per quod res vadit de potentia ad actum; omne quod vadit de potentia ad actum vel est materia vel materiam habens; omnis igitur factio a se requirit materiam. 5

2. Item, 1^o Physicorum: »subici oportet aliquid ei quod fit«; sed illud <quod subicitur> subicitur fieri et factioni, quia fieri est rei, factio agentis; ergo etc.

3. Item, materia est illud quo res potest fieri, 7^o Metaphysicae; si igitur aliqua factio possit fieri sine materia, iam faciens faceret 10 quod impossibile est fieri; ergo etc.

Contra, formae quaedam sunt materiales, sicut illae quae sunt virtutes in corpore et istae formae materiales dependent ex materia et in suo fieri et in suo esse et quantum ad omnes suas operationes; aliae sunt formae immateriales, sicut sunt virtutes 15 abstractae, sicut substantiae separatae, et istarum natura et esse a materia non dependet propter hoc quod sunt immateriales. Ex hoc arguitur: cuius essentia a materia non dependet, eius factio non dependet ex materia; essentia formarum abstractarum non dependet ex materia, et omnes tales formae factae 20 sunt praeter ens primum; ergo etc.

Item, omne illud cuius effectio dependet ex materia, si materia non sit, ipsum esse est impossibile; si igitur factio dependet ex materia, et totum ens praeter primum ens factum est — mundus enim factus est, 2^o Meteororum — et praeter totum ens quod 25 est citra primum non est alia materia ex qua fieret, sequeretur quod totum ens quod est citra primum principium esset impossibile. Hoc falsum est, ergo etc.

6 ei] addi *add.* 13 corpore] et quae *add.* 20 et] ergo et *ms.*

Ad totam quaestionem cf. Boethium de Dacia, Quaestiones super libros physicorum, I qu. 31 (ms. München Clm 9559 f. 6va-vb); Quaestiones super libros Topicorum IV qu. 21; De aeternitate mundi 140-43; 622-45. Omnes hi textus editi sunt in: Archives d'Histoire Doctrinale et Littéraire du Moyen Âge 25 (1958) p. 37-41 (G. Sajó). Vide etiam praefationem supra.

6 Aristoteles, Phys. I (c.7, 190a, 14-15).

9 Aristoteles, Met. VII (Z c.7, 1032a 13-22; 1032b 30-32).

24-25 Aristoteles, Meteor. II (c.3, 356b 6-7).

Ad istam quaestionem dico quod omnis factio, quae ad se
 30 requirit materiam, generatio est. Si autem a nullo agente, quod
 est in mundo, non esset aliquod agens nisi illud cuius factio est
 generatio, tunc in mundo nihil esset factum. Probatio: agentia
 quorum factiones sunt generationes, illa agentia sunt naturales
 et virtutes materiales. Omnes causae naturales factae sunt. Si
 35 ergo omnia agentia quicquid agunt, agunt per generationem et
 sunt virtutes factae, sequitur quod, si nihil esset cuius factio
 non esset generatio, universaliter nihil esset factum: mundo
 enim nulla materia praesupponi potest ex qua posset fieri, ideo
 necesse est ponere factionem aliquam quae non sit ex subiecto
 40 et materia.

Item, materia prima facta est et eius factio non est ex materia,
 ergo non omnis factio a se requirit materiam. Maior patet: aut
 est facta, aut est sibi ipsi causa essendi aliam causam non ha-
 bens; sed non est sibi ipsi causa essendi, quia tunc esset ens per-
 45 fectissimum quod est falsum, quia quod maxime est in potentia
 passiva, hoc minime perfectum est: materia prima maxime est
 in potentia passiva. Minor patet, quia tunc ante materiam pri-
 mam esset materia. Hoc est impossibile. Igitur non omnis factio
 ad se requirit materiam. Et hoc est concendendum.

50 1. Ad argumentum dico quod factio etc. verum est. Intelli-
 gendum quod res materiales vadunt de potentia passiva mate-
 riae, ex qua sunt, et de potentia activa agentis; res immateria-
 les, ut intelligentiae et mundus, vadunt de potentia activa agen-
 tis solum ex eo quod <ex> materia non dependent. Unde dico
 55 quod omne vadens de potentia passiva materiae oportet quod
 habeat materiam; sed non omne vadit sic, ut patet.

2. Ad aliud dico quod Aristoteles loquitur in I° Physicorum
 sicut physicus, et ideo dico quod <si> omnis factio physica ad
 se requirit materiam et subiectum, numquam fuisset factio na-
 60 turalis, nisi aliqua factio praecessisset causaliter.

29 ad²] *ex a corr. in marg.* 32 tunc] *cum ms.* 38 posset] *possit ms.* 39
 est] *habet plus add.* 42 a se] *non add.*

52-54 Cf. Boethium de Dacia, De aeternitate mundi 628-30; Quaestiones
 super libros Physicorum I qu. 31.

57-58 Aristoteles, Phys. I (c.7, 190a 14-15).

3. Ad aliud dico quod materia est illud quo res potest fieri, verum est de rebus materialibus; essentialiter tamen immaterialia non dependent ex materia, sed ex sola potentia activa agentis. Unde necesse est quod actio illius agentis non dependeat ex materia, quia agens est sufficiens causa sui effectus. Cuiusque ⁶⁵ agentis actio dependet ex materia, materia confert ad productionem sui effectus, ergo agens non fuit sufficiens causa sui effectus. Si igitur primum principium est sufficiens causa sui effectus, sua factio non dependet ex materia, ideo actio primi principii ex alio principio non dependet, sicut ex materia. ⁷⁰

De generatione.

Quaestio 14.

Utrum per generationem aliquid adquiratur nisi sola forma

Quaeritur de generatione, utrum per generationem aliquid ^Qadquiratur nisi sola forma.

Videtur quod sic:

1. Compositum est quod per se generatur, ut probatur 7° et XI° Metaphysicae; sed compositum est aliud a forma; ergo non ⁵ sola forma adquiritur per generationem.

2. Item, ens simplex per generationem adquiritur, et sic omne generatum est ens simplex, quod falsum est; ergo etc.

Contra, materia est ante omne generari, quia omnis generatio est ex materia, et est post omne corrumpi, quia quod corrumpi- ¹⁰ tur abibit in hoc ultimum; ergo materia non adquiritur per generationem nec tollitur per corruptionem; ergo cum non sunt partes compositi nisi materia et forma, et ita sola forma per generationem adquiritur.

61 est illud] potest fieri *ms.* 65 quia] quod *ms.* 70 alio] aliquo *ms.*

5 XI°] II° *ms.* 13 et²] *anacoluthice.*

4-5 Aristoteles, Met.VII (Z c. 8, 1033a 24-1033b 19); XII (Λ c. 3, 1069b 35-36).

15 Item, illud acquiritur per generationem cuius per se contrarium per corruptionem præcedentem tollitur, quia generationes sunt ex contrariis corruptis; sed formæ generandæ per corruptionem præcedentem contrarium corrumpitur, ergo etc.

Item, illud per generationem acquiritur, quod in subiecto 20 generationis præerat in potentia; sed sola forma generati in subiecto generationis præerat in potentia, quia non materia generati præerat in potentia, quia ipsa est subiectum generationis.

Ad hanc quaestionem dico quod sola forma per generationem 25 acquiritur, quia illud solum per generationem acquiritur, quod ante generationem præfuit in potentia, et quod potuit generari. Sed sola forma potuit generari: compositum enim fuit in potentia ante generationem per partem suam quæ forma est, materia non est in potentia tali. Formam enim fieri in subiecto hoc est 30 compositum generari, quia forma quæ fit in illo subiecto cum illo subiecto facit compositum. Unde materia numquam fuisset in potentia ad compositum nisi quia fuit in potentia ad formam, quia forma cum materia compositum facit. Et sicut necesse est formam, quæ per generationem acquiritur, in subiecto generari 35 et materia, sic necesse est compositum generari, quia illa forma, quæ necesse est in subiecto generari, compositum facit cum 40 ^{f 85 ra} subiecto. Ecce ergo duo: unum est quod compositum || per formam fieri in materia hoc est compositum generari, et tamen sola forma per generationem acquiritur, quia materia in qua fit genitum, 40 præsupponitur. Unde hæc propositio est vera: compositum per se generatur, forma per accidens. Per se generatur compositum, quia compositum in sua generatione ex quodam alio non dependet subiecto, ideo per se, et modo opposito isti, forma per accidens generatur, quia forma in sua generatione dependet 45 ex quodam subiecto alio a se, sicut ex materia. Similiter forma per se generatur, quia in substantia formæ nihil includitur nisi illud quod per generationem acquiritur, et opposito modo isti compositum per accidens generatur. In substantia enim compositi includitur aliquid <quod> per generationem non acquiri-

22 in potentia] etc. *add.* 27 generari] ante generationem *add.* 37 per] quia *ms.* 41 forma] similiter *ms.*

tur, ut ipsa materia ingenita praesupponitur. Et ideo compositum per accidens generatur. Dico ergo quod sola forma per generationem acquiritur.

1. Ad argumentum dico quod compositum per generationem acquiritur non ita quod quaelibet pars eius per generationem acquiritur, sed solum pars quae est forma per generationem 55 acquiritur, et materia, quae pars est geniti, praesupponitur, quia forma alicuius non acquiritur nisi in subiecto, ideo non acquiritur nisi in composito.

2. Ad aliud dico quod omne acquisitum primo per generationem simplex est, quia cum illud simplex non est sine subiecto, 60 ideo secundo acquisitum compositum est.

Quaestio 15.

Utrum generans per se corrumpit vel per accidens

Quaeritur utrum generans per se corrumpit. Videtur quod sic:

Illud quod contingit sicut semper vel sicut frequenter, non est per accidens, 2° Physicorum; sed quod generans aliquam formam in subiecto contrariam corrumpat hoc fit semper vel 5 sicut frequenter; ergo etc.

Item, agens non agit illud per accidens quod ipsum innatum est facere secundum suam naturam; nunc autem cum contrarium corrumpit suum contrarium in materia, generando in eodem suam speciem, tunc agit secundum quod agens natum est agere; 10 ergo etc.

Item, ens per accidens non est scibile; si ergo generans corrumpere per accidens, tunc corruptio non esset scibilis, quod est falsum.

1. Contra, generans in subiecto ex quo generat nihil corrumpit nisi in illo subiecto veniat in contrarium eius quod generatur; sed generanti accidit contrarium in materia et subiecto invenire: si enim generans in subiecto in quo generat, contra-

5 contrariam] contrarium *ms.* 13 esset] est *ms.*

rium non inueniat, non minus generaret; sed generanti unde
 30 generans accidit contrarium in subiecto inuenire, ergo generanti
 accidit corrumpere.

2. Item, si generans per se corrumperet, tunc omne generans
 per se corrumperet; consequens est falsum: cum corpus luminoso
 in medio suum lumen generat, nihil corrumpit; ergo etc.

35 3. Item, omne agens sive generans in aliquo subiecto for-
 mam compossibilem omnibus illis quae sunt in illo subiecto,
 nihil corrumpit in subiecto; sed possibile est generans generare
 compossibilem omnibus praeeistentibus in illo subiecto, et sic
 generans per se non corrumpit.

30 Ad istam quaestionem dico: primo intelligendum est quod
 subiectum generans debet esse in potentia ad terminum genera-
 tionis, quia aliter non posset transire ad terminum transmuta-
 tionis; secundum est quod debet habere in se privationem ter-
 mini generationis, quia nihil transmutatur ad illud quod habet;
 35 tertium est quod forma illa et privatio illius formae in una parte
 materiae non se compatiuntur. Ex hoc sequitur quartum quod
 apud generationem formae necesse est privationem illius formae
 in eadem materia corrumpi, et ideo omne generans per se cor-
 rumpit. Generando enim formam de necessitate, privationem
 40 illius formae necesse <est> corrumpere, et quia privatio nunquam
 est in materia sine altero contrariorum, ideo generans corrup-
 pendo privationem formae generandae corrumpit et contrarium
 formae generandae. Quid est quod tu dicis, nonne corrumpitur
 privatio? Materia enim manet, privatio corrumpitur in physicis.

45 1. Ad argumentum dico quod extendendo contrarium et ad
 privationem, numquam corrumpit nisi inueniat contrarium, sed
 non accidit generanti huiusmodi contrarium corrumpere. Ita
 minor falsa est. Ex hoc ipso quod generat oportet quod ex sub-
 iecto et materia generet, et oportet quod <in> illa materia re-
 50 periat privationem generandi.

2. Ad <aliud> dico quod omne generans corrumpit. Unde
 cum dicis corpus luminosum generat lumen in medio et tamen

35 quod] s. l. 46 numquam] namque ms. 49 generet] generat ms. 53
 in] s. l.

nihil in medio corrumpit, falsum est: corrumpit in medio privationem luminis.

3. Ad aliud dico quod vera est maior, sed minor falsa. Non enim est possibile generans generare formam compossibilem omnibus etc., quia forma quae debet generari in hac materia non est compossibilis privationi istius formae prius existentis in illa materia. Generans autem generat secundum virtutem activam et corrumpit secundum quod est contrarium. 60

Quaestio 16.

Utrum possit fieri transmutatio in passionibus posterioribus non facta transmutatione in primis qualitatibus

Quaeritur utrum possit fieri transmutatio in passionibus posterioribus non factis transmutationibus in primis qualitatibus, sicut calido similiter et frigido.

Videtur quod sic:

1. Quaecumque sunt diversa secundum unum, istorum potest fieri transmutatio non facta transmutatione in alio; primae qualitates, ut calidum et frigidum, et secundae qualitates, ut album, nigrum sunt diversa; ergo etc.

2. Item, transmutatio potest fieri in subiecto, quia <in> passionibus quae fiunt in subiecto, ex causa extrinseca, non facta transmutatione in primis qualitatibus illius substantiae; sed multa sunt huiusmodi. 10

3. Item, in eis, quaecumque nullam habent attributionem ad primas qualitates, potest fieri transmutatio in illis non facta transmutatione in primis qualitatibus; sed posteriores qualitates nullam habent attributionem primis qualitatibus; ergo etc. 15

Contrarium in littera. Si ex calido non potest fieri frigidum, tunc nec ex albo nigrum; ergo etc.

Item, non facta transmutatione in causa non potest fieri

7 frigidum] in subiecto *add. et exp.* 9 passionibus] assionibus *ms. littera p propter similitudinem ad verbum quia abbreviatum ommissa.* 10 subiecto] quae fiunt *add.* 18 albo] album *ms.* 19 non facta] infacta *ms.*

20 transmutatio in effectu, quia sicut ad causam de necessitate sequitur effectus, sic <si> causa sit immobilis, necessario erit effectus immobilis; primae qualitates sunt causae posteriorum qualitatum quae sunt in mixto. Unde causatur molle nisi ex humido dominante in subiecto? Ergo etc.

25 Item, lutum est viscosum et non est fragile, later autem non est viscosus, sed est fragile, lutum a latere non differt nisi secundum humidum et siccum, quia <si> humidum ex luto expissat per calorem, ex luto fit later.

Item, corpora mixta transmutantur secundum iuventutem et
30 senectutem; sed impossibile est mixtum sic transmutari nisi transmutatione secundum primas qualitates. Ex hoc apparet quod in posterioribus qualitibus non potest fieri transmutatio nisi facta transmutatione in primis qualitibus.

t. 85 rb Ad istam quaestionem dico quod in corpore || mixto est sua
35 materia per quam ipsum potest esse, et est sua forma per quam ipsum iam est in actu id quod ipsum potuit esse per materiam, ut homo vel oliva, et sunt passiones quae sunt immediatae, quae sua forma immediate causat in composito, sunt etiam passiones mediatae, quae tamen sunt passiones per se, quae
40 sequuntur ad passiones primas, et secundum illas passiones non potest fieri alteratio sicut nec secundum formas substantiales. Sicut enim homo non potest alterari secundum formam substantialem, sic nec secundum risibile. Ideo dixit Alexander quod secundum potentias naturales non fit alteratio. Et sicut forma
45 substantialis mixti non est forma alicuius elementi, sic istae passiones quae causantur ex huiusmodi formis <non> sunt alicuius elementi passiones. Sunt etiam in mixto passiones quae per prius reperiuntur in elementis, secundo in mixtis, quia elementa sunt in mixtis, quia eorum virtus salvatur, ut frigidum,
50 calidum, siccum, grave. Licet caro est calida, sed calor primo reperitur in igne. Nec humor primo reperitur in mixto, sed in aqua. Sunt autem aliae passiones in mixto, ut molle, durum,

25 later] latus *ms.* 35 est] esse *ms.* 40 sequuntur] secuntur *ms.* 47 elementi] nec *add.* 52 ut] at *ms.*

43-44 Alexander Aphrodisiensis, De fato ad imperatores (ed. P. Thillet, Paris 1963) p. 94,79-81.

album, nigrum, et talia non inveniuntur in elementis, et in istis passionibus non potest fieri alteratio nisi fiat alteratio in primis qualitibus, et primae qualitates sunt causae istarum. Verbi 55 gratia hoc corpus est molle, quia est dimidium siccum et duplex humidum. Si hoc semper similiter se haberet, non fieret illud corpus durum. Similiter illud idem apparet de iuventute et senectute quod corpus, nisi fieret transmutatio in qualitibus primis, non transmutatur a iuventute in senectutem, nec e converso, 60 immo semper staret illud corpus mixtum in eodem puncto. Heterogeneum non alteratur nisi alteratur homogeneum, et homogeneum non nisi alteratur secundum elementa, et ideo numquam potest corpus mixtum alterari secundum passiones posteriores quae causantur a primis, nisi prius facta transmuta- 65 tione in primis qualitibus. Aliae sunt passiones in corpore mixto quae causantur ab exteriori causa, ut corpus sit quadratum, et in talibus passionibus potest fieri transmutatio (transmutatione) non facta in primis qualitibus.

1. Ad argumentum dico quod quae sunt ita diversa quod 70 nullam ad invicem habent transmutationem, potest fieri transmutatio in uno non facta in alio, sed secundae qualitates et primae non sic se habent.

2. Ad aliud dico quod verum est quod in illis quae causantur ex causa extrinseca potest fieri transmutatio non facta trans- 75 mutatione in primis, quia primae qualitates non causant eas. Ideo dicit Aristoteles 7^o Physicorum: quaecumque alterantur calefacta vel infrigidata alterantur.

3. Ad aliud argumentum dico quod verum est quod quae nullam habent attributionem etc. Sed minor falsa est, quia secun- 80 dae qualitates habent attributionem ad primas qualitates.

56 molle] mole *ms.* 59 quod] quae *ms.* 75 extrinseca] intrinseca *ms.*

77-78 Aristoteles, Phys. VII (c.2, 244b 2-245a 11). Cf. etiam Averroem, Phys. VII c.11-12 (Opera, Vol. IV, fol. 316 sq.).

Quaestio 17.

Utrum corpus possit esse simul divisum secundum unumquodque punctum

Quaeritur de opinione Democriti utrum corpus possit esse simul divisum secundum unumquodque punctum.

Videtur quod sic:

1. Eiusdem rationis sunt omnia puncta quae sunt in corpore, et in duobus punctis potest corpus animalis esse divisum, ergo in omnibus.

2. Praeterea, punctum esse punctum est in ipso posse dividi corpus: omne enim punctum in corpore signum est divisionis; sed omnia puncta quae sunt in corpore possunt simul esse 10 puncta, ergo possunt simul esse signum divisionis.

Contra, si corpus potest simul dividi in unoquoque puncto, tunc omnia illa in quae corpus divisum est, essent nihil vel indivisibile. Non possunt autem esse nihil nec indivisibile, quia ex nullo nihil componitur neque ex indivisibilibus componitur 15 corpus.

Item, illud quod cum dividitur in uno puncto amittit potentiam dividendi in puncto finiente partem divisam, non potest dividi secundum quodlibet punctum. Sed cum corpus vel linea dividitur in uno puncto, ergo non potest corpus vel linea dividi 20 secundum quodlibet punctum.

Ad istam quaestionem dico quod corpus non potest simul dividi secundum quodlibet punctum, quia omne punctum in quo potest linea dividi, ipsa debet esse in medietate duarum linearum. Et hoc proprie probatur ex duobus: quia ex qua linea debet 25 dividi in duas lineas et debet dividi in puncto, oportet quod illud punctum sit medium duarum linearum. Apparet etiam ex

2 divisum] *exp. ms.* 4 Eiusdem] *eodem ms.* 8 enim] *s. l.* 12 omnia] *cetera (?) ms.* 14 ex²] *s. l.* 17-19 non—puncto] *in marg.* 18 quodlibet] *quod ms. punctum] punctus ms.* 19 puncto] *fortasse addendum: amittit potentiam dividendi in alio puncto.* 21 quod] *s. l.* 23-25 ipsa—dividi²] *in marg.*

1 Cf. Aristotelem, De gener. I (c.2, 316b 18 sq.).

alio: accipiatur punctum qui finit lineam, in illo puncto non potest linea dividi, et causa huius est, quia ille punctus non <est> medium duarum linearum. Si ergo haec propositio vera, et omne punctum in quo debeat linea dividi debet esse medium duarum 30 linearum, et divisa linea punctum terminans unam partem et punctum terminans alteram partem non est medium duarum linearum, ideo quando dividitur linea in uno puncto, amittit potentiam dividendi in alio puncto. Quomodo ergo potest illud esse divisum secundum quodlibet punctum quod cum dividitur 35 in uno puncto amittit potentiam dividendi in alio puncto? Et per consequens corpus.

1. Ad argumentum dico: quod eiusdem rationis sunt omnia puncta quae sunt in linea, quia sicut linea vel corpus in uno puncto potest dividi, sic et in alio. Sed non sequitur si corpus 40 potest esse simul divisum secundum duo puncta, ergo potest dividi secundum omnia puncta, quia corpus dividi secundum primum punctum tollit potentiam dividendi secundum alium punctum absolute, sed non potest dividi secundum omnia puncta tunc, quia divisio corporis secundum unum punctum tollit po- 45 tentiam dividendi in alio in quo potuit dividi antequam facta fuisset ista divisio.

2. Ad aliud dico quod punctum esse punctum in actu hoc est signum esse divisionis, sed non omnia puncta quae sunt in corpore possunt esse puncta in actu, nec signari, ideo non omnia 50 puncta quae sunt in corpore possunt esse signum divisionis. Et causa est quod unum punctum || potest signari et non omnia, f. 85 va quia signato uno puncto in linea impossibile est signare alium nisi illud distet per aliquam magnitudinem. Si signes secundum, primum non signabis nec proximum, quia punctus non potest 55 esse proximus puncto. Unde non simul possunt omnia puncta signari in corpore.

28 punctus] *ms. indiscriminate adhibet genus masculinum et neutrum.*
 30 in—dividi] *in marg.* 34 Quomodo] *in marg.* 43 punctum¹] *non add.*
et exp. 44 absolute] *in marg.* 49 sunt] *corr. in marg.* 56 puncta] *possunt add.*

*Quaestio 18.**Utrum generatio possit esse ex non-ente simpliciter*

Quaeritur utrum generatio possit esse ex non-ente simpliciter.

Videtur quod non:

1. Omnis generatio est ex contrario, et contrarium non est
6 non-ens simpliciter.

2. Item, illud ex quo est generatio est pars generati; non-ens simpliciter non est pars alicuius generati, eo quod non-ens non est pars entis; ergo generatio non est ex non-ente simpliciter.

3. Item, generatio et universaliter omnis transmutatio est
10 »actus entis in potentia secundum quod huiusmodi«, 3^o Physico-
rum; in non-ente simpliciter nulla est potentia: quod enim
simpliciter non est, ipsum nihil esse potest; ergo generatio non
est ex non-ente simpliciter.

4. Item in littera: »hoc timuerunt omnes primi philosophantes
15 ex non-ente aliquid generari«.

1. Contrarium in littera quod generatio entis simpliciter est
ex non-ente simpliciter.

2. Item, omnis generatio est ex privatione; privatio est non-
ens simpliciter.

20 Ad istam quaestionem dico quod generatio per se non est ex
contrario, quia ex quo est generatio per se, in illo est potentia
ad generandi formam, et in forma contrarii non est potentia ad
formam generandi. Similiter non est generatio per se ex priva-
tione eo quod illud ex quo per se est generatio manet in genito,
25 privatio non manet, sed corrumpitur; ideo generatio per se non
est ex privatione, nec tamen generatio sine privatione est, quia

7 est] s. l. 12 non²] in marg. 17 non-ente] nonentis ms. 23 privatione]
corr. in marg. 26 est²] ex ms. est²] s. l.

9-10 Aristoteles, Phys. III (c.1, 201a 9-b 5).

14-15 Aristoteles, De gener. I (c.3, 317b 29-31).

16-17 ibd. I (c.3, 317b 1 sqq.).

generatio transmutatio est et nulla transmutatio est possibilis sine privatione, et quia omnis privatio subiectum habet quod est materia, ideo generatio per se est ex materia: nam in ipsa per se est potentia ad formam generandi. Ex ipsa tamen non fit generatio, nisi ipsa materia in se habeat privationem formae generandi. Unde subiectum generationis debet esse aptum propter potentiam quam habet ad formam generandi, carens propter privationem formae generandi. Unde licet in subiecto generationis sit privatio formae generandi, tamen ipsum subiectum generationis non habet privationem in sua essentia, et ideo, quia subiectum generationis debet habere in se privationem formae generandi, ideo subiectum generationis potest dici ens et etiam non-ens. Est enim ens propter materiam quam habet in se, et est non-ens propter privationem formae generandi. Ideo dicit Aristoteles I° Physicorum quod illud quod generatur, generatur ex subiecto et opposito. Dicendum ergo quod illud quod generatur, generatur ex non-ente simpliciter, non ente in actu, ente tamen in potentia.

1. Ad argumentum dico quod illud quod generatur, generatur ex contrario, hoc est per accidens, quia cum generatur illud quod generatur, ex materia sicut ex per se subiecto generatur. Si in illa non esset contrarium, non minus esset generatio.

2. Ad aliud dico quod maior vera est. Quod non-ens simpliciter, quod est potentia nihil, non potest <esse> pars generati: ex tali non-ente non enim fit generatio, ex <ente> tamen in potentia non ente actu potest esse generatio.

3. [Ad aliud dico quod generatio non est ex privatione per se, sed est generatio per se ex subiecto generationis]. Ad argumentum dico quod non-ens simpliciter quod est potentia <nihil>, nego: non

29 est²] s. l. 30 est potentia] ex potentiam corr. in marg. 32 subiectum generationis] in marg. aptum]carens subiectum generationis aptum add. et partim exp. 36 habet—sua] in marg. 38 et etiam] s. l. 50 potest] corr. in marg. 51 enim] non ms. 53-54 Ad—generationis] hic non responderi videtur ad tertiam rationem, immo ad secundam in oppositum (cf. 60-61). 56 sed] ad add. et exp.

41-42 Aristoteles, Phys. I (c. 7, 190a 9 sqq.).

potest conferre ad generationem, sed non-ens in actu, ens tamen in potentia.

4. Ad aliud in oppositum dico quod timuerunt ex non-ente simpliciter, sed <non> ex alio non-ente.

60 Ad aliud dico quod generatio non est per se ex privatione, sed ex subiecto generationis, non potest esse generatio ex subiecto privationis sine privatione.

Quaestio 19.

Utrum materia prima possit esse sine omni forma

Quaeritur utrum materia prima possit esse simpliciter sine omni forma.

Videtur quod sic:

1. Commentator I^o Physicorum quod omnes formae et omnes
5 privationes formarum accidunt materiae primae, et subiectum potest esse sine omni suo accidente nisi illud subiectum habeat causalitatem super illud accidens.

2. Item, potentia passiva potest esse sine suo actu; in materia prima est potentia passiva respectu omnium formarum; ergo etc.

10 3. Item, quod nulli privationi repugnat, hoc nullam formam sibi determinat; sed materia prima nulli privationi repugnat, ergo nullam formam sibi determinat, et tale potest esse sine omni forma.

4. Item, unumquodque potest esse illud quod ipsum est per
15 suam essentiam omnibus aliis circumscriptis; materia est materia per suam essentiam: materia enim non est materia per aliquam rem additam sibi; sed materia est homo vel oliva per aliquod sibi additum, sed est materia per suam essentiam, non per rem additam sibi; ergo etc.

20 Contra, Aristoteles in littera dicit quod impossibile est materiam esse separari ab omnibus passionibus et morpheis.

Ad istam quaestionem dico quod materia prima quantum de

4-5 Averroes, Phys. I c. 81 (Opera, Vol. IV, fol. 46).

20-21 Aristoteles, De gener. I (c. 5, 320b 16-17; 321a 6-7).

se est, potest esse actu et simpliciter esse separata ab omnibus aliis formis tam substantialibus quam accidentalibus. Et ratio huius est: planum est quod materia est quaedam essentia praeter essentiam omnis formae quae invenitur in materia: ipsa enim materia prima est aliquid per essentiam suam ante omne generari, ipsa enim non fit per generationem. Et etiam est aliquid per eius essentiam post omnem corruptionem, quoniam ipsa non corrumpitur. Ipsa etiam substantia materiae primae, id quod 30 ipsa est, non est per aliquam formam, quia materia non est materia sicut est oliva vel homo, sed est homo vel oliva per rem additam sibi, ut per formam specificam; sed non est materia per rem additam sibi, sicut homo est albus per rem additam sibi, sed per suam || essentiam ipsa est materia. Et ideo, si esset in r. 35 vb virtute alicuius agentis omnem formam corrumpere quae est in hac materia demonstrativa praeter hoc quod in ea regeneraret formas contrarias, possibile esset quod haec materia esset praeter omnes formas et simpliciter separata ab omni forma. Unde ipsa est id quod ipsa est, scilicet materia: ipsa enim non est aliquid 40 in actu eorum quae generabilia sunt ex ea, est tamen actu materia. Sed in virtute nullius agentis naturalis est omnes formas quae sunt in materia corrumpere praeter hoc quod regeneret in eadem parte formas contrarias. Et causa est: accipiamus corpus deminutum ut aquam, in ea invenitur humidum et diaphanum. 45 Illud agens quod nihil agit, nihil corrumpit, vel si agit aliquid quod est compossibile omnibus praeeistentibus in illo corpore, nihil corrumpit. Et ideo illud agens quod nihil generat vel illud quod generat aliquid, tamen ens possibile omnibus praeeistentibus, nihil corrumpit, sed solum illud agens corrumpit quod 50 agit aliquid quod se non compatitur cum omnibus praeeistentibus. Et ideo corruptio unius est generatio alterius. Et si ita est quod non est aliqua virtus in agente per quam posset corrumpere omnes formas, nisi generet formas contrarias, ideo cum materia, quantum de se est, aequalis est ad formas et ad priva- 55 tiones, cum actu habet in se formas, ex se non transmutatur ad

24 quam] quod ms. 28 per] s. l. 30 etiam] s. l. 35 esset] ex est corr. s. l. 41 in actu] s. l. quae] quod ms. 48 nihil²] vel ms. 49 praeeistentibus] per existentibus ms. 54 contrarias]et add. 55-56 privationes] formas add.

privationem. Modo licet, quantum de se est, materia possit esse separata ab omni forma simpliciter, et <cum> materia de se non transmutatur, nec est ultra in agentem quendam, ideo non est
 60 possibile quod ipsa materia sit simpliciter separata ab omni forma. Ideo dixit Aristoteles quod impossibile est materiam esse penitus separatam ab omnibus passionibus et morpheis, et ista impossibilitas causatur a parte agentis, quod non potest corrumpere formas praeexistentes in materia quin regeneret alias
 65 formas. Illud apparet, si essent ligna et lapides ex quibus domus posset fieri, si esset agens. Sed si nullum sit agens, impossibile domum fieri. Et hoc est a parte agentis.

1. Ad argumentum dico quod quantum est ex parte materiae, possibile est, quia tamen ut ipsa sit actu separata ab omni
 70 forma, hoc non solum dependet a parte materiae, sed ex potentia agentis quod non potest illud facere.

2. Ad aliud dico quod haec possibilitas sit ex potentia materiae, tamen quia nullum agens est tale quod id posset facere, ideo est impossibile.

75 3. Ad argumentum dico quod si esset agens quod ipsam posset separare ab omni forma, verum esset.

4. Similiter respondetur ad quartum.

Quaestio 20.

Cum materia transmutatur ad formam substantialem utrum ista transmutatio sit alteratio

Quaeritur de subiecto generationis, cum materia transmutatur ad formam substantialem, utrum ista transmutatio sit alteratio materiae.

Videtur quod sic:

60 ipsa] *corr. in marg.* 62 morpheis] *morphanis ms. (m superscripto).*
 64 praeexistentes] *per existentes ms.* 65 ligna] *lingna ms.* 66 fieri] *fortasse addendum: posset fieri.* 76 esset] *si materia non esset add.*

Quando subiectum transmutatur secundum sua accidentia, 5
illud subiectum alteratur; sed quando materia transmutatur a
privatione ad formam substantialem, transmutatur in suis acci-
dentibus, quia omnes formae et privationes sunt accidentia
materiae secundum Commentatorem.

Item, quando materia transmutatur ad formam substantia- 10
lem, aut ipsa generatur aut alteratur aut augetur aut localiter
fertur; non generatur, quia materiam primam oportet esse
ingenitam primo Physicorum; nec augetur, quia quantitatis per
se est augeri et diminuari, et materia non est quantitas; nec
localiter movetur, quia quod movetur localiter est ens actu: 15
motus enim localis perfectorum est; ergo sequitur quod altera-
tur.

1. Contra, alteratio non potest fieri secundum formas sub-
stantiales; sed quando materia transmutatur a forma ignis ad
formam aquae, transmutatur secundum formas substantiales, 20
ergo non alteratur.

2. Item, cum materia transmutatur ad formam ignis, haec
transmutatio est generatio ignis; si generatio haec esset altera-
tio materiae primae, una transmutatio in numero esset genera-
tio et alteratio, et hoc est impossibile. 25

Ad hanc quaestionem dico quod materia prima, cum fit ex
forma ignis in formam aquae, ipsa transmutatur. Planum est
quod aliqua species transmutationis est ipsius materiae, et non
est localis, non possis negare quin sit alteratio materiae, quia
materia alteratur, cum fit ex uno elemento in aliud elementum, 30
vera est haec praedicatio: materia transmutatur, ergo ista trans-
mutatio est aliqua species transmutationis; sed non est generatio,
nec localis etc., sequitur ergo quod haec transmutatio sit alte-
ratio.

12 quia] quod *ms.* 24 transmutatio] transmutatur *ms.* 33 haec] non *ms.*

8-9 Averroes, Phys. I c. 81 (Opera, Vol. IV, fol. 46).

12-13 Aristoteles, Phys. I (c. 9, 192a 28-29).

35 1. Ad argumentum dico quod alteratio non est secundum formas substantiales, verum est cuius sunt istae formae substantiales, et cum materia transmutatur ad formas substantiales alicuius elementi, ipsa non transmutatur secundum formas substantiales materiae, sed secundum formas substantiales elementi ad quod transmutatur. Unde istae formae non fuerunt materiae substantiales, sed ei accidunt, sed sunt substantiales elemento in quod transmutantur.

2. Ad aliud dico <quod impossibile est> quod una transmutatio in numero sit generatio et alteratio, quod tamen ista transmutatio sit istius generatio et alterius alteratio, non est impossibile, ut generatio ignis possit esse alteratio materiae a qua transmutatur.

Quaestio 21.

Cum unum elementum transmutatur in aliud et illa duo elementa habent unam communem qualitatem, utrum ista communis qualitas remanet una et eadem in numero

Quaeritur, cum unum elementum transmutatur in aliud et illa duo elementa habent unam communem qualitatem, utrum ista communis qualitas remaneat una et eadem in numero in genito quae prius fuit in corrupto.

5 Videtur quod sic:

1. Materia una in numero, quae prius fuit in corrupto, modo est in genito eadem in numero, et cum non solum ista communicant in materia, sed in communi qualitate, ideo oportet istam qualitatem remanere.

10 2. Item, quantitas quae crescit, ipsa non corrumpitur; sed cum ex aere generatur ignis, quantitas crescit, ergo quantitas eadem est in numero; sed in De Substantia Orbis: sicut manent dimensiones, sic et qualitates.

186 ra 3. Item, cuius calor intenditur, ille non corrumpitur; sed cum ||

35 est] s. l. 41 sunt] corr. ex secundum. 45 generatio et] et generatio ms. alteratio] alterius ms.

4 quae] quod ms. 11 ergo] sed ms. 13 dimensiones] divisiones ms.

12-13 Averroes, De substantia orbis, cap. 1 (Opera, Vol. IX, fol. 3M-4A).

ignis agit in aere convertendo aerem in se, calor aeris intenditur 15
in aere, ergo generato igne ex aere manet qualitas communis
eadem in numero.

4. Item, fiat ex aere ignis, calor qui fuit in aere aut manet in
igne unus in numero vel non; si sic, habeo propositum; si non,
ergo corrumpitur; sed in igne nullum est corrumpens quod ip- 20
sum corrumpet, cum ignis sit calidus, non corrumpit calorem.

5. Item, hoc idem dicit Aristoteles hic et Commentator multis
locis.

Contra, corrupto subiecto oportet accidentia eius corrumpi;
sed calor est accidens aeris et aer est subiectum eius. Si igitur 25
aer corrumpitur, et calor eius corrumpitur.

Item, si sic, accidens unum in numero mutatum <esset> de
subiecto in subiectum, et hoc est impossibile: numerantur enim
accidentia secundum numerum suorum subiectorum; ergo qua-
litas communis una in numero non manet utrobique. 30

Ad hanc quaestionem dico quod aliqui dicunt quod sit quod
ista qualitas communis remaneat, quamquam sit sub esse in-
tentiore in igne, tunc neutrum istorum est corruptibile subiec-
tum caloris istius, ergo ante formam specificam aeris invenitur
aliquod subiectum quod est subiectum causale ipsius caloris, 35
similiter ante formam specificam ignis, et quia illud subiectum
manet idem in numero, propter hoc calor in eo manet unum in
numero igne generato qui prius fuit in aere corrupto.

Qui sic dicunt impossibile dicunt. Corpora prima non possunt
ante se habere aliquod corpus prius; elementa sunt corpora 40
prima inter generabilia, ergo non est aliud corpus generabile in
actu ante elementa quod sit de compositione elementorum. Sic
ergo ante aerem et ignem non est aliud subiectum causale calo-
ris in actu quod maneat unum in transmutatione aeris in ignem,
et propter illud subiectum calor manere. 45

25 eius] causa *ms.* 30 non] nunc(?) *ms.* 32 communis] *s. l.* intentiore]
intentiore *ms.* 42 Sic] item *ms.* 43 causale] casuale *ms.*

22-23 Aristoteles, De gener. I (c.4, 319b 18-31). Averroes, De gener. I c.24
(Opera, Vol.V, fol. 354).

Item, illud non est corpus simplex in cuius compositione est aliquod aliud corpus in actu propter suam formam specificam; sed si aliquod corpus in actu esset ante aerem et ignem, quod esset de compositione eorum, et cum esset ante ista corpora aliud
50 corpus in actu, quod esset eorum compositione, et ita aer et ignis non essent corpora simplicia, quod est falsum.

Item, si corpus in actu manet in transmutatione aeris in ignem, tunc illa transmutatio erit alteratio et non generatio, hoc autem est impossibile. Ergo non invenitur tale corpus.

55 Alii dixerunt quod cum transmutatur aer in ignem, materia prima, quae prius fuit in aere, iam est in igne, et ideo quod unum subiectum manet unum, et ideo qualitas una in numero remanet hic inde, et quia non est subiectum multiplicatum in numero, ideo non oportet multiplicare qualitatem communem
60 quae est in utroque.

Illud est impossibile. Omne accidens est alicuius substantiae in actu; cum igitur in transmutatione nulla potest manere in actu una, licet materia maneat una in numero — non fuit in actu, sed in potentia — ideo talis qualitas communis propter materiam
65 iam determinatam non manet una et eadem in numero.

Alii dixerunt quod ista qualitas est una in numero, quia licet materia prima non possit esse subiectum caloris, et quia nullum est instans in quo ista materia sub neutra forma sit, et quia materia manet una in numero, et quia numquam invenitur sine
70 altero contrario, ideo ista qualitas manet una in numero.

Sed illud est impossibile. Concedunt enim quod causale subiectum caloris debet esse substantia in actu; modo licet materia numquam inveniatur quin sit sub altera forma, tamen ignis et aer sunt diversa subiecta; si remaneret una qualitas in numero,
75 transitur una qualitas de subiecto in subiectum in actu, et hoc est impossibile, quia accidentia numerantur secundum numerum subiectorum. Ista albedo et illa sunt duae propter duo subiecta.

Propter hoc dicendum quod ista qualitas non manet eadem in numero, immo corrupto aere corrumpitur caliditas aeris et eius
80 diaphaneitas.

1. Ad argumentum dico quod non est simile de materia et de qualitate communi, quia materia non est generabilis nec corruptibilis, et ideo non oportet materiam corrumpi apud corruptionem alicuius compositi, qualitas tamen communis dependet ex subiecto in actu; in materia prima non invenitur talis qualitas. ⁸⁵ Calor enim dependet ex subiecto in actu et multiplicatur in actu secundum quod subiectum alteratur; ideo corrupto aere corrumpitur ista passio.

2. Ad aliud dico quod quando aer rarefit et calefit, augetur eius dimensio et intenditur calor, cum autem ultimo corrumpitur, ⁹⁰ corrumpitur calor aeris et inducitur calor ignis et corrumpitur dimensio ipsius aeris, cum corrumpitur forma substantialis aeris, nec manet eadem dimensio nec eadem quantitas, sicut nec eadem qualitas.

3. Ad aliud dico quod calor aeris intenditur usque ad corruptionem aeris, sed cum corrumpitur forma substantialis aeris, ⁹⁵ corrumpitur iste calor aeris. Unde quod intenditur, dum intenditur non corrumpitur.

4. Ad aliud dico quod Aristoteles in De Morte et Vita quod quaedam corrumpuntur per se, quaedam per accidens; per se ut ¹⁰⁰ illa quae habent aliquid contrarium activum, calor per frigidum et e converso. Per accidens illa quae contrarium non habent, sequuntur tamen ad illud quod contrarium, sicut ad suam causam. Ideo corrupto illo quod contrarium habet, corrumpuntur illa quae ad illud se habent tamquam ad suam causam. Verbi ¹⁰⁵ gratia humidum in corpore habet contrarium a quo corrumpitur, et illo corrupto corrumpitur anima et vita per accidens. Ideo sic est in proposito: quando ignis corrumpit || aerem, per accidens ¹¹⁰ corrumpit calorem qui est ipsius aeris.

5. Ad aliud dico de Aristotele quod Aristoteles intelligit quod ¹¹⁰ ex quo generatum et corruptum communicant in communi qualitate, non oportet illam corrumpi per se, sed bene potest corrumpi per accidens. Unde <non> oportet illam qualitatem corrumpi per se, sed per accidens. Et hoc intendit Aristoteles.

84 communis] s. l.

99-100 Aristoteles, De longitud. et brevit. vitae (c.3, 465b 1 sq.).

De augmentatione

Quaestio 22a.

Utrum illud quod augmentatur mutet locum

Quaeritur de augmentatione. Primo quaeritur utrum illud quod augmentatur mutet locum.

Videtur quod non:

1. Quae sunt eiusdem speciei, sunt eiusdem loci; augmentatum est eiusdem speciei cuius erat ante suam augmentationem; ergo etc.

2. Item, quod non tribuit corpori locum (non mutat ipsum secundum locum); sed adveniens alimentum non mutat ipsum secundum locum: quantitas non tribuit corpori locum, ergo maior quantitas ei adveniens non tribuit ei locum; ergo (etc.)

Contrarium in littera.

Item, quod venit de minori loco ad maiorem locum, illud mutat locum; sed augmentatum venit de minori loco ad maiorem; ergo etc.

Quaestio 23a.

Utrum alterata mutant locum

Quaeritur utrum alterata mutant locum.

Videtur quod sic:

1. Quod tribuit formam, tribuit motum et locum et omnia consequentia ad formam, ergo quod tribuit diversam formam, (tribuit) et diversum locum; sed alteratio est huiusmodi.

2. Item, levia facta et gravia facta mutant locum, et talia sunt alterata; ergo oportet per alterationem mutare locum.

3. Item, quando ex aqua fit vapor ascendens, aqua alterata est; non est (enim) eiusdem speciei vapor (et) aqua calefacta, et illud necessario mutat locum; ergo etc.

Contrarium in littera.

13 locum] s. l. 23 est] s. l. eiusdem speciei] in marg.

11 Aristoteles, De gener. I (c. 5, 320a 17 sqq.).

25 Ibid.

Item, quæ sunt eiusdem quantitatis cuius erant prius, non oportet ista locum mutare, quia nec locum secundum speciem, nec secundum quantitatem; sed quæ alterantur, manent eiusdem speciei et eiusdem quantitatis in tota alteratione; ergo etc.

Item, alteratio est ad passionem; si ergo alterata mutarent ³⁰ locum, omnis passio suum subiectum ad locum inclinaret, et hoc est impossibile.

Quaestio 22b.

Ad primam quaestionem dico quod illud quod augetur non oportet mutare locum secundum speciem, quia quod augetur non est factum alterum in specie quam prius erat. Illud tamen ³⁵ quod augetur, quia factum est maius, ideo necessarium est ipsum mutare locum, scilicet in locum maiorem secundum quantitatem. Et similiter illud quod diminuitur, quia factum est minus, ideo est loco alterius quantitatis. Dico etiam, quod si esset possibile quod illud corpus quod augmentatum est, in nullo loco ⁴⁰ esset, non mutaretur secundum locum, similiter nec illud quod diminuitur, nec secundum speciem, nec secundum quantitatem. Illud enim quod in nullo loco est, secundum nullum locum mutari potest.

1. Ad argumentum dico quod est eiusdem loci secundum spe- ⁴⁵ciem. Quia tamen illud quod augetur, alterius est quantitatis, quam erat prius, ideo est alterius loci secundum quantitatem, quam erat prius.

2. Ad aliud dico quod quantitas non tribuit suo subiecto locum secundum speciem: quantum est enim de quantitate ⁵⁰ lapidis, non plus requirit lapis sursum quam deorsum in mundo, et ideo quantitas maior adveniens corpori non mutat locum secundum speciem. Quia tamen quantitas alicuius subiecti tribuit subiecto quantitatem loci, ideo in maiori loco est cuius quan- ⁵⁵titas est maior. Ideo quantitas maior adveniens corpori mutat illud corpus in locum alium secundum quantitatem.

30 alterata] alteratio *ms.* 46 tamen] *ex tantum corr. in marg.* 50 locum] loco *ms.* 54 ideo] non *ms.* cuius] *corr. in marg.* 55 est] *s. l.*

Quaestio 23b.

Ad aliam quaestionem dico quod stante principio per quod corpus habet motum ad locum et quiescit in loco, non oportet corpus moveri secundum locum. Et quia apud transmutationem
 60 corporis ab una passione ad aliam non oportet illud principium, per quod movebatur de loco ad locum, corrumpi, ideo apud alterationem non oportet corpus mutari secundum locum. Quod enim alteratur non oportet venire in alium locum secundum speciem, quia quod alteratur est eiusdem speciei cuius erat prius,
 65 et quae sunt eiusdem speciei, sunt eiusdem loci secundum speciem. Similiter illud quod alteratur, non oportet mutare locum secundum quantitatem, ut sit in aliquo loco secundum quantitatem, quia quod alteratum est non oportet esse maius vel minus, quia passio, a qua et ad quam est alteratio, est sine quan-
 70 titate, et sicut per amissionem passionis ex qua non amittit aliquam quantitatem, sic nec per passionem ad quam acquirit maiorem quantitatem. Non tamen dico quod nulla alteratio mutat locum, quia cum corpus grave levificatur; sic enim alteratio mutat locum. Similiter <si> apud alterationem aliquam ad-
 75 quiritur maior quantitas, et talia mutantur <secundum> locum. Unde Aristoteles intendit quod alterata in quantum alterata non mutant locum.

1. Ad argumentum dico quod locus non sequitur ad omnem formam, licet ad aliquam, quia non omnis forma inclinatur suum
 80 subiectum ad locum. Ideo non omnia alterata mutant locum.

2. Ad aliud dico quod gravia et levia mutant locum; ex hoc potes concludere quod aliqua alterata locum mutant, quod concessum est, et non alterata in quantum alterata.

3. Ad aliud dico eodem modo.

58 quiescit] quiescit *ms.* 71 quantitatem] qualitatem *ms.* 82 quod²] quia *ms.*

*Quaestio 24.**Utrum illud quod generatur mutat locum*

Quaeritur de quodam in littera, utrum illud quod generatur mutet locum.

Videtur quod sic:

1. Corpora simplicia diversa secundum speciem habent diversa loca secundum speciem, || et unum ita ex alio generari *f. 86 va* contingit; ergo generatum locum mutat.
2. Item, corpus naturale existens in loco disconveniēti suae naturae de necessitate movetur ex illo loco per suam naturam nisi impediatur; sed possibile corpus est generari in loco disconveniēti sibi in natura; ergo etc. 10
3. Item, ad sensum apparet quod generando nix pluvia generatur superius et movetur in deorsum; ergo etc.

Contrarium in littera.

Ad quaestionem dico quod quandocumque generatur corpus simplex ex simplici corpore, ut elementum ex elemento, et tunc 15 genitum de necessitate suae naturae locum mutat eo quod alter est locus naturalis geniti, ut ignis, et alius est locus naturalis illius ex quo generatur, ut terrae vel alterius. Quandocumque generatur corpus mixtum ex corpore mixto, sicut plantae et animalia ex germine, et quod sic generatur, non oportet locum 20 mutare, quia mixta corpora non habent locum, nec motum nec virtutem ad locum nisi per elementum dominans in eis, et quia in omnibus mixtis dominantur terra et aqua, ideo genito uno mixto ex alio non oportet quod generatum mutet locum eo quod omnia mixta naturaliter sunt in medio mundi. Et ex hoc apparet 25 quod genitum in quantum genitum non oportet mutare locum.

1. Ad argumentum dico quod verum concludit de corporibus simplicibus.

2 mutet] mutat *ms. in marg.* 15 et] *anacoluthia.* 20 germine] gemine *ms.*
25 sunt] *in marg.* 31 mutet] *in add.*

13 Aristoteles, De gener. I (c. 5, 320a 17 sq.).

2. Ad aliud dico quod corpus genitum in loco violento movetur
 30 ad alium locum, sed ex hoc non sequitur quod genitum, in quan-
 tum genitum, mutet locum.

3. Similiter respondetur ad tertium.

Quaestio 25.

Utrum ad augmentationem sequatur alteratio

Quaeritur utrum ad augmentationem sequatur alteratio.
 Videtur quod non:

1. Quae differunt secundum genus non sequuntur ad alterum;
 sed augmentatio et alteratio differunt secundum genus, quia
 5 alteratio est in genere qualitatis et augmentatio est in genere
 quantitatis; ergo etc.

2. Item, augmentatio fit secundum quantitatem et alteratio
 non fit secundum quantitatem; ergo ad augmentationem non
 oportet sequi alterationem.

10 Contra, omne quod est contrarium alteri, si debet ei assimilari
 et in substantiam eius converti, necesse est ipsum alterari;
 nutrimentum in principio est contrarium alimentato et debet ei
 assimilari; ergo etc.

Ad hanc quaestionem dico quod calor continentis membrum
 15 animati corporis exsiccatur substantiam duobus modis: uno modo
 humorem vaporat educendo et sua siccitate siccitatem membri
 intendendo. Et cum siccum remanens in membro fortius est
 super humidum quod remanet in membro propter duas causas:
 et quia et siccum membri fortificatum est et humidum
 20 debilitatum est per educationem eius, tunc siccum remanens in
 membro vehementer exsiccatur membrum corrumpendo humi-
 dum, et quia siccum est fragile, ideo contingit quod membrum
 plantarum cadat in plantis quando non possunt humidum nu-
 tritione recipere a suis radicibus. Sic et membra animalium ca-
 25 derent ex animalibus nisi possent recipere humidum nutrimenta-

1 augmentationem] generationem *ms.* 15 corporis] *s. l.* substantiam]
in marg. 19 humidum] quia humidum *ms.* 23 cadat] cadant *ms.*
 24 membra] membrum *ms.*

bile quod partes contineret, humidum cibale adveniens membro membrum humectat. Et quia illud nutrimentum erat quantum et humidum et frigidum vel calidum, sicut de necessitate sua quantitate augmentat illud cui advenit, sic humectat et calefacit vel frigefacit illud cui advenit. Ideo dicit Aristoteles sicut 30 membrum alterat vinum, sic et vinum ipsum membrum et ponitur vinum pro nutrimento. Ex hoc convenit quod sapiens medicus solet emendare complexionem malam in meliorem alterando hominem per nutrimenta. Ecce qualis alteratio requiritur ad augmentationem, ut membrum alterat cibum et e converso. Est 35 autem alia alteratio quae praecedit augmentationem, ut alteratio nutrimenti, ut si panis debeat nutrire, oportet ut prius alteretur quam convertatur in membrum. Oportet enim nutrimentum prius recipere complexionem membri, quam ipsum membrum et substantiam eius. Quia proportio in calidis, siccis etc. secundum 40 quas qualitates sunt qualitates corporum mixtorum, oportet praecedere substantiam corporum mixtorum, et nutrimenti complexio mutetur.

1. Ad argumentum dico quod maior falsa est, immo multa sunt in diversis generibus, quod unum dependet ex alio, quod 45 inseparabilia sunt.

2. Ad aliud dico, cum dicis »secundum quantitatem fit augmentatio«, si illud quantum quo fit augmentatio, esset quantum primum ita quod nullas alias virtutes habeat ad augmentationem, non sequeretur alteratio. Sed quantum illud habet natura- 50 les virtutes et qualitates, ideo suis qualitatibus alterat et sic ad augmentationem sequitur alteratio. Unde licet secundum quantitatem sit augmentatio et non alteratio, secundum qualitates tamen adhaerentes illi quanto fit alteratio, et quia illud quantum non potest separari ab illis qualitatibus alterantibus, ideo aug- 55 mentatio membri numquam est sine alteratione.

33 malam] *corr. in marg.* 36 praecedit] *procedit ms.* 39 recipere] *ressipere ms.* 51 qualitates] *habet add.*

*Quaestio 26.**Utrum per augmentationem fiat generatio novae quantitatis*

Quaeritur utrum augmentatione generatio fiat novae quantitatis.

Videtur quod sic:

Pars quantitativa prius non existens et modo existens de novo est generata; in augmentato post augmentationem aliqua pars quantitativa <est> quae prius non erat; ergo etc.

l. 86 vb Item, in quo nulla nova passio generatur, hoc semper uno || modo se habet secundum passiones, et illud in quo penitus nihil novum generatur, hoc semper similiter se habet omnibus modis. 10 Si igitur apud augmentationem nulla nova quantitas generaretur, tunc apud augmentationem augmentatum eodem modo se haberet post suam augmentationem, sicut et ante, <et sic> esset augmentatum non augmentatum, quod est impossibile.

Contra, cui quantitas praeexistens continuatur, in illo nulla 15 nova quantitas generatur; sed in augmentatione quantitas praeexistens quae est ipsius nutrimenti, augmentatione continuatur; ergo etc.

Ad hanc quaestionem dico quod apud augmentationem oportet nutrimentum corrumpi quantum ad suam substantiam et 20 oportet manere quantum, et oportet in eo generari formam augmentati. Oportet corrumpi quantum ad suam substantiam, quia panis manens panis non augmentat carnem. Oportet iterum nutrimentum non corrumpi quantum ad suam quantitatem, quia tunc numquam adveniret nec augmentaret. Probatio tertii quod 25 oportet in nutrimento formam carnis generari, quia nihil augmentat carnem nisi quod factum est caro. Et cum nutrimentum infusum membro continuatur membro est quantitas quae prius fuit nutrimentum, modo est ipsius membri, et quantum ad hoc 30 nova quantitas, sed est nova augmentatio. Cum tamen nutrimentum in una parte membri continuatur, virtus augmentativa

membri membrum extendit et quantum ad hanc extensionem nova quantitas in ipso generatur. Cum igitur quaeris utrum nova quantitas generetur in augmentato, dico quod sic.

Ad argumentum dico quod quantitas prius existens nihil prohibet aliquam novam quantitatem in isto generari per virtutem membri extendentem secundum omnes diametros, et sic salvatur figura membri. Et sic, licet praexistens quantitas alimenti continuetur, non est necesse quod ulla nova fiat ibi in augmentato generatio quantitatis ratione membri et virtute eius extendente partes membri.

Quaestio 27a.

Utrum sit possibile ponere augmentum

Quaeritur utrum augmentum sit possibile.

Videtur quod non:

1. Si augmentum sit possibile, aut fit augmentum nullo adveniente aut aliquo adveniente; si nullo adveniente et corpus acquirit maiorem quantitatem, et tunc est perfecta rarefactio et non augmentatio; si aliquo adveniente, tunc aut corporeo aut incorporeo; non incorporeo, quia indivisibile adveniens alicui non auget ipsum; nec corporeo, quia sic duo corpora simul <substarent>.

2. Item, si augmentatio est, augmentatio non erit nisi positio corporis iuxta corpus, quia nutrimentum subtile ingrediens membrum iuxta membrum ponitur et ibi convertitur in substantiam membri; talis positio corporis iuxta corpus est cumlatio et non augmentatio; ergo etc.

Contrarium in littera.

Item, transmutatio, qua corpus vivens venit ab imperfecta quantitate ad perfectam quantitatem, augmentatio est, et talem transmutationem vidimus in corporibus viventibus; ergo augmentatio est possibilis.

37 omnes] omnem *ms.* 39 augmentato] nova *add.*

5 et] *anacoluthia.* 11-12 corporis—ibi] *in marg. infer.* 12 substantiam] *ex subiectum corr. in marg.* 13 positio] *potentia ms.* 19 possibilis] *possibile ms.*

15 Aristoteles, De gener. I (c. 1, 314b 13-15).

*Quaestio 28a.**Utrum motus alimenti ad membrum sit naturalis*

30 Quaeritur utrum motus alimenti ad partes singulas corporis sit naturalis.

Videtur quod non sit naturalis:

1. Nutrimentum corporis mixtum est, ut probatur secundo huius et libro De sensu et Sensato; et omne corpus mixtum
35 grave est, quia est terra admodum grave, nec potest ad se superius naturaliter moveri; ergo etc.

2. Item, nihil movetur naturaliter ad locum suae corruptionis: corpora enim salvantur in locis ad quae moventur; alimentum in membro secundum propriam substantiam corrumpitur et
30 in substantiam membri convertitur; ergo etc.

3. Item, si sit naturaliter, hoc non erit nisi ex natura animae vegetativae, ex natura elementari non potest esse naturalis; sed non potest esse naturalis per animam vegetativam, quia motus alimenti ad singula membra est motus localis, et 3° De Anima
35 dicitur quod anima vegetativa non est motiva secundum locum.

Contra, Commentator: sicut locabile movetur ad locum suum naturalem, sic alimentum ad membra nutrienda; sed locabile movetur ad locum suum naturaliter; ergo etc.

Item, quo aliquid movetur violenter, ab illo movetur naturaliter; sed nutrimentum movetur ex membro violenter; ergo ad
40 ipsum movetur naturaliter.

*Quaestio 29a.**Utrum quaelibet pars augmentati sit aucta*

Quaeritur utrum quaelibet pars augmentati sit aucta.

Videtur quod non:

40 nutrimentum] mutatum(?) ms. 42 aucta] augta ms. et sic deinceps per totam quaestionem.

23-24 Aristoteles, De gener. II (c.8, 335a 9 sq.). Aristoteles, De sensu et sensato (c.5, 445a 18 sq.).

34-35 Aristoteles, De anima III (c.9, 432b 13-15).

36-37 Locum Averrois non inveni.

1. Si sic, ergo cum nullum naturale contingat accidere minima pars, quaelibet erit aucta; cum igitur non sit minus minimo, si 45 quaelibet pars augmentati sit aucta, oportet quod quodlibet augmentatum factum sit duplum eius quod prius erat, quod est impossibile; ergo etc.

2. Item, si sic, ergo cum manus augetur, oportet pedem augeri, quod falsum est. 50

3. Item, si sic, tunc augmentatio fit alio adveniente; non potest quaelibet pars aucta esse nisi cuilibet parti aliquid adveniret; sed non potest cuilibet parti aliquid advenire nisi illud quod advenit sit aequale illi quod advenit, et sic erit augmentum semper sibi factum duplum. 55

Contrarium in littera.

Quaestio 30a.

Utrum illud quod augetur debeat esse manens

Quaeritur utrum illud quod augetur debeat esse manens.

Videtur quod non:

1. Compositio ex contrariis non est manens, sed fit continue de praecedente in eo; sed quod augetur est compositum ex 60 contrariis; ergo etc.

2. Item, illud quod movetur non manet; sed quod augetur movetur; ergo etc.

Contrarium in littera.

Item, quod manet secundum accidentia et passiones suas 65 oportet quod maneat secundum suam substantiam, quia passiones et accidentia non possunt esse sine subiecto; sed quod augetur est huiusmodi; ergo etc.

52-53 adveniret] ex veniret corr. in marg. 62-65 sed—secundum] in marg. inf.

56 Aristoteles, De gener. I (c. 5, 321a 2-4).

64 Aristoteles, De gener. I (c. 5, 321a 22-26).

Quaestio 27b.

Ad primam quaestionem dico quod augmentum est possibile,
 70 nec est difficultas nisi in modo augendi, et dicit Commentator
 quod augmentum fit isto modo quod in ipso membro sunt
 quaedam partes rariores humido subtili repletas, quod humi-
 dum de facili cedere potest versus latera et etiam a parte ante
 humido cibali ingrediente membrum. Humidum cibale est valde
 75 subtile, et ideo hoc facit ad facilem suum ingressum in mem-
 brum, et ideo non oportet duo corpora esse simul. Raritas enim
 membri et subtilitas nutrimenti faciunt ad subtilem ingressum
 in membrum, et cum nutrimentum ingressum est membrum,
 ubi ponitur iuxta partes membri, ibi convertitur in membrum,
 80 non quod cuilibet parti membri aliquid adveniat de nutrimento.
 f. 87^{ra} Et cum nutrimentum || sic positum conversum est, virtus mem-
 bri ipsum membrum proportionaliter extendat, et ideo haec
 augmentatio est secundum speciem extendentem membrum se-
 cundum omnes diametros apud adventum nutrimenti ad ali-
 85 quam partem membri. Si enim hoc modo non fieret augmentum,
 sicut dictum est, secundum speciem, sed solum fieret per hoc
 quod quantitas nutrimenti advenit alicui parti, oportet quod
 cuilibet parti aliquid adveniret, quod esse non potest, tunc
 solum esset augmentatio secundum materiam. Materia enim
 90 nutrimenti augetur ipsum os et carnem, et ita contingeret quod
 si aliquid augetur quod quodlibet augmentans esset aequale
 augmentato, cum cuilibet parti oportet advenire aliquid, et sic
 semper fieret augmentatio secundum duplum, quod est falsum.
 Ideo est intelligendum quod caro secundum speciem augetur et
 95 non secundum materiam. Sed augetur caro secundum speciem,
 id est secundum formam extendentem in membrum, et non au-
 getur secundum materiam, id est materia non est quod extendit
 membrum. Et si dicas quod alicubi in membro aliquid advenit
 et alibi non, tunc ibi erit augmentum et hic rarefactum, Com-

74 Humidum] et *add.* 86 secundum] *s. l.* 90 os] *corr. ex hos.* 95 augetur]
 utraque(?) caro sed augetur *add.* 98 alicubi] alicui *ms.* 99 hic] non hic
ms.

70 sq. Averroes, De gener. I c. 38 (Opera, Vol. V, fol. 358).

99 sq. Ibid.

mentator dicit quod cum necesse <est> quod cum alicubi et non ¹⁰⁰ ubique advenit, dicit quod apud augmentationem oportet membrum cum quibusdam partibus esse rarefactum. Et alias: nisi modo est rarefactum <non> advenit nutrimentum. Nonne in carnibus apparent viae per quas transit nutrimentum? Est igitur augmentum possibile. 105

1. Ad argumentum dico quod augmentatio fit aliquo adveniente corporeo, nec erunt duo corpora simul, ut iam visum est.

2. Ad aliud dico quod in augmentatione tria sunt: scilicet positio nutrimenti iuxta partes membri et conversio eius in substantiam membri et extensio membri per animam et virtutem ¹¹⁰ facta. Unde si poneretur nutrimentum iuxta partes membri et non converteretur in substantiam membri et maneret in substantia sua propria, esset accumulatio.

Quaestio 28b.

Ad secundam quaestionem dico quod motus alimenti ad membrum est naturalis: virtus enim animae vegetativae existens ¹¹⁵ in ipso nutrimento iam digesto membro assimilata est natura qua nutrimentum movetur ad membrum consimile sibi naturaliter. Et dico ad membrum sibi simile, quia sicut in corpore animalis sunt quaedam partes colericæ et quaedam flegmaticæ, sic distinguuntur partes in nutrimento: quaedam partes ¹²⁰ colericæ, quaedam flegmaticæ etc. et conveniens de nutrimento movetur per animam vegetativam ad conveniens membrum. Unde in De Somno et Vigilia: superiores partes nutriuntur sanguine subtiliori.

1. Ad argumentum dico quod nutrimentum per se movetur ¹²⁵ ad membrum, et si illud membrum sit versus superius mundi, hoc accidit sibi. Unde ad formam argumenti: grave movetur ad inferius, verum est per se, si tamen alimentum movetur ad membrum et illud membrum fuit versus sursum mundi, tunc

101 quod] oportet *add.* 110 substantiam] *ex* subiectum *corr. in marg.* 123 Somno] sompno *ms.*

123-124 Aristoteles, De somno et vigilia (c. 3, 458a 13 sq., 21 sq.).

130 grave potest naturaliter moveri per accidens ad sursum mundi.

2. Ad aliud dico quod maior vera est et minor falsa est, quia motus alimenti non est motus ad locum, membrum non est mors nutrimenti, sed est terminus ipsius nutrimenti.

3. Ad tertium dico quod anima vegetativa non movet locali-
135 ter, scilicet motu processivo, et hoc intendit Aristoteles in libro De Anima.

Quaestio 29b.

Ad tertiam quaestionem dico quod intelligendum est ad hoc quod sicut in alteratis oportet accipere primum alteratum, sic in augmentatis oportet accipere primum augmentatum. Et est
140 primum alteratum illud quod alteratum est non ratione partis sui, sed per ipsum totum est alteratum, ut Socrates sanatur, quia oculus, sic ratione partis. Si enim non esset possibile dare primum alteratum, impossibile est dare aliquod alteratum. Verbi gratia Socrates alteratur ratione suae partis, et ista pars ratione
145 alterius partis, sic non convenit esse aliquod alteratum. Oportet ergo dare aliquod primum alteratum, similiter et aliquod <primum> augmentatum. Tunc dico quod primum augmentatum est tale quod quodlibet eius augetur. Illud enim quod augetur, habet partes sicut partes a, b et huiusmodi c quod c est primum
150 augmentatum. Tunc arguo: aut neutra per se augmentata aut utraque, et fiat argumentum VI. Physicorum. Est igitur quaelibet pars augmentati aucta.

1. Ad argumentum dico quod non convenit sumere minimam carnem in suo toto.

155 2. Ad aliud dico quod non sequitur, quia non accipis primum augmentatum, de quo intelligendum est quod quaelibet pars augmentati sit aucta.

3. Ad aliud dico quod non oportet quod adveniat cuilibet parti aliquid aliud.

133 terminus] totum *ms.*

135-136 Aristoteles, De anima III (c. 9, 432b 13-15).

151 Aristoteles, Phys. VI (c. 6, 236b 32 sq.).

Quaestio 30b.

Ad quartam quaestionem dico quod illud quod augetur oportet manere, quia omnis motus necessario debet habere subiectum existens in actu in utroque termino ipsius motus. Quod enim movetur est aliqua substantia in actu: ens enim in potentia non movetur 5° Physicorum. Cum enim dicitur 'aliquid movetur', hoc praesupponit generationem et esse illius rei: quod enim movetur, est ens in actu, et ideo quod augetur, debet esse manens in sua specie et in sua perfectione. In eo enim quod augetur nova quantitas fit, et non sic fieret nova quantitas in eo nisi maneret in sua specie.

1. Ad argumentum dico quod compositum ex contrariis non est manens sicut aeternum est manens, quod tamen est compositum ex contrariis potest esse manens perfectum secundum suam formam substantialem per aliquam horam.

2. Ad aliud dico quod manere dicitur dupliciter: uno modo manere dicitur quod quiescit, alio modo dicitur manere quod manet secundum suam formam substantialem, et sic isto secundo modo quod movetur manet, similiter et quod augetur.

*Quaestio 31.**Utrum augmentatio sit motus unus*

Quaeritur utrum augmentatio sit motus unus.

Videtur quod non:

Omnis motus unus est motus continuus; augmentatio non est motus continuus: non enim si in tanta quantitate augetur in anno, non oportet quod in medietate anni medietas augeatur, sicut ut probatur VIII. Physicorum.

170-171 non est] ex potest esse corr. s. l.

5 non] *superflue*.

163-164 Aristoteles, Phys.V (c. 1, 225a 21-22).

4-6 Aristoteles, Phys.VIII (c. 3, 253b 13-19).

Contra, ad unitatem motus exigitur unitas mobilis et temporis et termini ad quem; apud augmentationem sunt omnia ista; c. 87 r^b igitur augmentatio est motus unus. ||

10 Ad hanc quaestionem dico, quia augmentatio est motus, quia augmentatio est ad terminum divisibilem et pars post partem
adquiritur, et omnis talis transmutatio est motus, ideo necessa-
rio augmentatio est motus. Augmentatio enim contingens in
15 uno et continuo tempore est motus unus et continuus, quia
mobile et motor et tempus et terminus est unum, sicut augmen-
tatio contingens in aliqua parte anni. Augmentatio tamen con-
tingens in pluribus temporibus non est motus unus. Non enim
augentur corpora animata ita quod ab hora in qua incipiunt
20 frequenter intercedit quies. Unde ad augmentationem multi
motus concomitantur, sicut alteratio nutrimenti et motus loca-
lis eius ad membra et corporis nutriti secundum formam pro-
priam et alteratio membri ab ipso nutrimento. Humidum enim
cibale infusum membro ipsum humectat et etiam nutrimentum
25 membri. Quia tamen nullus istorum motuum est ipsa augmenta-
tio, ideo nihil prohibet augmentationem quae fit in uno tempore
esse motum unum.

Ad argumentum dico quod licet augmentatio contingens in
pluribus temporibus non sit continua, augmentatio tamen con-
30 tingens in uno et eodem tempore est motus unus et continuus.

Quaestio 32.

Utrum illud quod augetur sit quantum in potentia tantum

Quaeritur utrum illud quod augetur sit quantum in potentia
tantum et non quantum in actu.

Videtur quod solum in potentia.

Quod generatur transmutatur ad substantiam, sic illud quod
5 augetur transmutatur ad quantitatem; sed quod generatur nulla

17 unus] *corr. ex una.* 18 ita] *s. l.* incipiunt] *insipiunt ms.* 26 ideo] *et ideo ms.* 29 continua] *contingentam(?) ms.*

substantia est in actu, sed solum potentia; ergo illud quod augetur, est solum quantum in potentia et non quantum in actu.

Contrarium in littera: quod illud quod augetur est quantum in actu, quamquam sit in potentia ad maiorem quantitatem.

Item, si illud quod augetur non esset quantum in actu, tunc 10 materia quae est primum subiectum rerum naturalium, separata esset ab omni quantitate, et per consequens ab omnibus formis.

Item, si illud quod augetur nullam haberet quantitatem in actu, tunc illud quod augetur solum generatur, quod est falsum.

Item, augmentatio est additio priori quantitati, hoc non esset 15 nisi quod augetur esset quantum in actu, unde omnis motus praesupponit suum subiectum in actu. Cum igitur per se subiectum augmentati sit quantum — indivisibilia enim non augent nec augentur — ergo etc.

Ad hanc quaestionem dico quod illud quod augetur debet 20 esse quantum in actu secundum quod Aristoteles dicit in littera. Omne enim quod augetur habet formam naturalem alterantem nutrimentum adveniens et convertentem ipsum in suam substantiam. Nulla forma naturalis est in subiecto indivisibili, sed in subiecto ente quantum actu, et ideo omne quod augetur est 25 quantum actu. Item augmentum est priori quantitati additamentum, ergo etc.

Ad argumentum dico quod si intelligas quod illud quod generatur non est substantia in actu, verum est, similiter illa ad quam terminatur generatio, verum est quod illud quod generatur 30 non est illa substantia quae acquiritur, est tamen substantia alia in actu. Similiter est de quanto: licet quantum quod augetur non est illud quantum quod determinat suam quantitatem, id est quod acquiritur maiore quantitate, est tamen alia.

15-16 Item—in actu] *in marg.*

8 Aristoteles, De gener. I (c.5, 322a 4-7).
20-21 *ibid.*

Quaestio 33.

*Utrum anomoeomera augmentantur cum partes homoeomerae
augentur*

Quaeritur utrum anomoeomera augmentantur cum partes
homoeomerae augentur.

Videtur quod non:

Partes secundum formam augentur; sed partes anomoeomerae
5 magis sunt secundum formam quam homoeomerae partes quae
sunt partes <carnales et> ossiales.

Contrarium in littera.

Item, totum augetur per augmentationem suarum partium;
nunc autem corpora homoeomera sunt partes anomoeomerorum;
10 ergo anomoeomera augmentantur cum homoeomera augentur;
ergo etc.

Ad hanc quaestionem dico quod anomoeomera augmentantur
cum homoeomera augentur, et voco tales partes anomoeomeras il-
las quae sunt compositae ex partibus diversarum naturarum; ho-
15 moeomeras partes vocat illas quae sunt unius naturae. Si ergo ma-
nus quae est pars anomoeomera, id est sine una natura, non habet
aliam partem nisi carnem et nervum et os, quomodo posset augeri
nisi ista augmentarentur. Et ideo anomoeomera numquam augeri
nisi homoeomera augmentantur. Manus enim augetur, quia partes
20 eius quae sunt caro et os augmentantur.

Ad argumentum dico quod pars secundum speciem augetur.
Dico enim secundum speciem partis homoeomerae augmentantur,
et non secundum speciem partis anomoeomerae, et non partes
secundum speciem anomoeomerorum augentur.

2 homoeomerae] anomoeomerae *ms.* 5 homoeomerae] anomoeomerae *ms.*
9 homoeomera] anomoeomera *ms.* 10 homoeomera] anomoeomera *ms.* 13
homoeomera] anomoeomera *ms. p. corr.* 14 homoeomeras] anomoeomeras *ms.*
15 partes] *corr.* 19 homoeomera] omoeomera *ms.* 22 homoeomerae] omoe-
omerae *ms.* 24 anomoeomerorum] anomoeomerae(?) *ms.* augentur] quaeritur
utrum animal posset perpetuare suam vitam per nutrimentum. Videtur quod
sic (*cf. infra qu. 35*) hic add. *ms.*

7 Aristoteles, De gener. I (c. 5, 321b 16-34).

Quaestio 34a.

Utrum oportet statum esse in augmento animalium et plantarum.

Quaeritur utrum oporteat statum esse in augmento animalium et plantarum.

Videtur quod non:

1. Augmentum est priori quantitati additamentum; quamdiu vivunt animalia et plantae in eis fit priori quantitati additamentum per conversionem nutrimenti in membrum; ergo in animalibus non stabit augmentum.

2. Item, manentibus in eisdem principiis et causis manebit idem effectus; sed quamdiu vivunt animalia, in eis est conversio nutrimenti et in eis est potentia animae qua augmentabantur, et ista erant causae quare animalia augmentabantur; ergo etc.

3. Item, animalia nutriuntur quamdiu vivunt; nutrimentum quantum est: indivisibile enim non nutrit; cum igitur unum quantum conversum in aliud quantum ipsum auget, ergo etc.

Contrarium apparet ad sensum.

15

Item, secundo De Anima quod omnium natura constantium terminus est magnitudinis et augmenti; cum igitur animalia constant secundum naturam, ergo etc.

Item, habitibus existentibus in materia ad quos est motus cessant motus et transmutationes; cum igitur aliquando contingit animalia devenire ad quantitatem perfectam secundum suam speciem, oportet quod in animalibus stet augmentum.

Item, in thropicis nutriuntur semper animalia, non tamen semper augentur.

Quaestio 35a.

Utrum animal ex nutrimento converso in suam substantiam posset se perpetuare

Quaeritur utrum animal ex nutrimento converso in suam substantiam posset se perpetuare.

1 oporteat] oportet ms. 8 idem] eidem ms. 9 sed] et ms. 13 unum] in marg. 18 constant] constat ms. 23 thropicis] thopicis ms. nutriuntur] corr.

Videtur quod sic:

Eiusdem rationis est una pars carnis et quaelibet, et similiter ossis; cum igitur una pars posset perdi et iterum per nutrimentum restaurari, similiter et quaelibet pars carnis et quaelibet r. 37 va pars ossis; ergo etc. ||

Contra, Aristoteles libro Caeli et Mundi: omne corruptibile de necessitate corrumpitur; animal est corruptibile, ergo de necessitate corrumpetur, nec tale se ex nutrimento perpetuare.

35 Item, cuius vita certa periodo mensuratur, illud non se potest perpetuare ex nutritione: aeternum enim non habet periodum terminatam; vita cuiuslibet certa periodo mensuratur 2° huius.

Item, vita stat per calidum et humidum, libro De Morte et Vita; frigidum et siccum sunt istis contraria, senescentem ne- 40 cesse est desiccare et frigescere; ergo etc.

Item, si animal posset sic perpetuare, contingeret quod tandem nihil carnis, nihil ossis haberet eiusdem in numero quod habuerit in sua generatione et esset corpus suum alterum factum in numero. Hoc facto autem remaneret una in numero anima 45 vel alia: si eadem anima in numero, una forma transmutatur ab uno subiecto in aliud; si alia anima in numero et alterum corpus in numero, sic factum (esset) unum individuum aliud sine morte intercedente.

Quaestio 34b.

Ad primam quaestionem dico quod augmentum animalium 50 stat, et causa est tam ex parte animae, quam ex parte corporis. Ex parte animae augmentativae: nam sicut est in virtute omnis potentiae motivae, quae est in corporibus mobilibus, movere subiectum suum ad aliquem terminum, sic est in virtute illius potentiae animae motivae facere quiescere suum subiectum, et 55 ipsum facit quiescere, et quia in virtute animae augmentativae

34 nec] sed *ms.* 41 sic] *fortasse scribendum se.* 43 habuerit] *habere ms.*
51 augmentativae] *augmentationem ms.* sicut] *sic ms.*

32-33 Aristoteles, De caelo et mundo I (c.12, 283a 24-25).

37 Aristoteles, De gener. II (c.10, 336b 10 sq.).

38 Aristoteles, De longitudine et brevitate vitae (c.5, 466a 18-22).

ducere animata ad quantitatem eis perfectam, sic et illius virtutis est facere animata stare, cum sint in quantitate perfecta. Sed cum supponis quoddam dubium, scilicet quod in virtute animae augmentativae est ducere animata ad perfectam quantitatem et supponis quod illa quantitas sit minor quam quantitas infinita, et dico ergo quod est in sua potentia ducere ad quantitatem infinitam animata et nulla est quantitas perfecta animalibus <nisi> quantitas infinita. Ista virtus non est talis et huius probatio est: nulla potentia naturalis habet virtutem ex qua virtute actio est impossibilis, sed actio qua augetur animal in infinitum est actio impossibilis eo quod omnia animalia infra caelum generantur et augmentantur, tunc in potentia animae augmentativae non est facere augmentum in infinitum; sic ex parte animae stat augmentum. Similiter ex parte corporis: Aristoteles dicit in littera quod sicut aqua infusa vino, ipsum vinum corrumpit aquam, et ipsam convertit in vinum, similiter secundam aquam, et tandem erit vinum aquaticum, cum vinum non possit convertere ipsam in vinum, si multum de aqua infundatur. Similiter nutrimentum infusum in membro alteratur a membro et in suam substantiam convertitur, similiter secundum nutrimentum. Quia tamen illud quod conversum est de nutrimento in membrum, non est ita perfecte conversum in membrum, sicut prius deperditum, tandem non potest nutrimentum tantum converti in membrum quantum est ibi deperditum, et ideo fit status. Unde cum calor naturalis et virtus membri ita fortis est quod potest plus de nutrimento convertere in suam substantiam quam deperditur, fit augmentum; quando non potest plus sed aequaliter, est status; quando potest minus, fit decrementum.

1. Ad argumentum dico quod augmentum est priori quantitati additamentum, si illud additamentum fiat sine deperditione aequali vel maiori quam sit illud additamentum. Sed quando dicis in minori propositione, vera est. Sed non fit additamentum sine ablatione aequalis vel maioris quantitatis.

82 suam] *in marg.* 87 maiori] a maiori *ms.*

70 sq. Aristoteles, De gener. I (c. 5, 322a 31-33).

- 90 2. Ad aliud dico: quia licet anima augmentativa maneat in animali quamdiu vivit, animal tamen non habet suam virtutem augmentativam operantem (in infinitum), quia nulla virtus naturalis potest agere ultra finem naturalem. Et si ipsa anima augmentativa in animali sit, tamen cum senile animal dictum
 95 sit manente ipsa anima ad finem quantitatis, non ulterius ipsum animal augmentat. Et si dicas quod nulla est virtus quae non posset facere suam operationem et talis est anima augmentativa, et ego dico quod augmentare est operatio animae augmentativae ante ductionem animalis ad perfectam quantitatem,
 100 sed post non. Sed est ista operatio animae impossibilis augmentativae eo quod nulla virtus naturalis potest agere ultra finem suae actionis naturalis. Ad hoc oppones quod quando animal deventum est ad perfectam quantitatem, adhuc remanet anima augmentativa in eo, et tunc non potest in actionem quae aug-
 105 mentare est, tamen manet ista potentia, quam igitur actionem agens? Et ego dico quod operationes animae augmentativae duae sunt: augmentare et corpus naturale in debita et perfecta quantitate salvare et servare. Et dico quod sicut ante perfectam quantitatem est eius essentialis operatio augere, sic modo est,
 110 cum perventum est ad perfectam quantitatem, eius operatio est ipsum corpus salvare, et augere est sibi impossibile. Si tunc augetur, prius ista secunda operatio est impossibilis, scilicet conservare, et sic cum prior operatio est, secunda actio est impossibilis, et e converso.
- 115 3. Ad tertium dico quod semper convertitur quantum in quantum, tandem illud conversum modicum est, et materia sic deperdita numquam restauratur, ideo non semper augetur.

Quaestio 35b.

- Ad aliam quaestionem dico quod animal non se potest perpetuare per nutrimentum. Circumscribamus omne corruptivum
 120 extrinsecum, ut cetera in quibus habitamus, similiter circumscribamus omne corrumpens ingrediens corpus, ut nutrimentum nocivum, forma tamen non se potest perpetuare. Nulla enim

pars in hoc animali quin componatur ex contrariis mutuo activis et passivis ad invicem, et ideo in qualibet parte corporis fit deperditio, et si in aliis partibus fiat conversio nutrimenti, nova ¹²⁵ caro generata est. Si sic || contingeret continue fieri, tandem ^{r. 87 v^b} totum corpus esset alterum in numero, nihil ossis, nihil carnis habens quod habuit in sua generatione. Si anima est altera in numero, tunc non se perpetuat, sed alterum factum est. Si anima sit una numero et est alterum corpus, una forma transmutatur ¹³⁰ de uno subiecto in aliud. Propter hanc causam impossibile est animal se perpetuare ex nutrimento. Dicunt tamen auctores medicinae quod animal se non potest perpetuare, quia humidum cibale conversum in membrum retardat consumptionem humidi radicalis et non auget humidum radicale, fit tamen continua ¹³⁵ consumptio humidi radicalis. Et vocant illud humidum radicale in quo fit leneatio membrorum, et isto humido radicali consumpto vita consumitur. Unde Galenus loquens in persona humidi radicalis: »qui me consumit mecum moritur«, et ponit exemplum humidum ipsius lichini quae ponitur in lampade, consumitur ¹⁴⁰ apud flammam lampadis. Humidum olei infusum lichino retardat consumptionem subitaneam lichini, cum ipsum humidum non auget humidum radicale et continuo consumitur humidum lichini. Dicendum ergo quod animal se non potest perpetuare per nutrimentum. 145

Ad argumentum dico quod non sequitur. Licet quaelibet pars carnis quae acquiritur mediante nutrimento possit deperdi et restaurari, tamen illa pars carnis et ossis quae est ex humido radicali, non potest, ut iam visum est.

123 componatur] componitur *ms.* 136 vocant] vocat *ms.* 139 me] *corr.*
 142 subitaneam] subitam *ms.*

138-139 Hoc curiosum dictum in nullo Galeni opere inveni.

Capitulum de tactu

Quaestio 36a.

Utrum duo corpora possent se tangere immediate

Quaeritur circa capitulum de tactu, et quaeritur primo utrum
duo corpora possint se tangere.

Videtur quod non:

1. »Illa se tangunt quorum ultima sunt simul«; sed »illa sunt
5 simul quae sunt in eodem loco primo« 5° Physicorum; duo cor-
pora non possunt simul esse in eodem loco primo, ergo non pos-
sunt se tangere.

2. Item, 2° De Anima: quod corpora in aqua et aere non pos-
sunt se tangere sine humido intercepto; sed humidum non po-
10 test intercipi sine corpore intercepto; sed cum cadit corpus
medium, non se tangunt immediate.

3. Item, tangant se duo corpora sicut dicis, imagnetur linea
transiens per ista duo corpora secans illa duo corpora in contac-
tis, aut igitur linea secabit ista duo corpora in uno puncto aut
15 in duobus punctis. Non in uno puncto, quia tunc esset unum
corpus continuum: duorum corporum non est unum punctum.
Non in duobus punctis, quia inter duo puncta est linea media,
et sic non tangunt se duo corpora immediate.

Contrarium est in littera.

20 Item, inter corpora quae se non tangunt, cadit corpus me-
dium, illud corpus aut tangit extremum aut non; si sic, habeo
propositum, si non, inquitur de isto corpore, et erit processus
in infinitum.

Item, si duo corpora se non tangunt, tunc inter ea erit vacuum,
25 quia <quando> nec se tangant, nec erit aliquod corpus replens
distantias, erit vacuum.

9 se] *corr. s. l.* 11 immediate] *immediata ms.* 18 se] *in marg.* 20 quae]
qui *ms.* 26 distantias] *distantancias(?) ms.*

1 Aristoteles, De gener. I (c. 6, 322b 1 sq.).

4-5 Aristoteles, Phys. V (c. 3, 226b 21-23).

8-9 Aristoteles, De anima II (c. 11, 423a 22-30).

19 Aristoteles, De gener. I (c. 6, 322b 29 sq.).

*Quaestio 37a.**Utrum magnitudinibus mathematicis debeat tactus*

Quaeritur utrum mathematicis debeat tactus.

Videtur quod sic:

1. Aristoteles dicit in littera quod »mathematicis dandus est tactus et locus« 30

2. Item, quibus debetur positio, eis debetur tactus; magnitudinibus mathematicis debetur positio: »magnitudo enim est ex partibus habentibus positionem«, libro Praedicamentorum; ergo etc.

3. Item, illa se tangunt quorum ultima sunt simul; sed magnitudines mathematicae possunt habere sua ultima simul; cuius probatio est: corpora naturalia cum se tangunt, agunt et patiuntur et se transmutant, et possunt habere sua ultima simul, ergo corpora mathematica habent sua, cum non agunt et patiuntur nec se transmutant. 40

Contra, Aristoteles dicit in littera quod »tactus est in magnitudinibus habentibus sua ultima simul moventibus et motis, activis et passivis«; sed mathematica non agunt nec moventur nec patiuntur; ergo etc.

Item, ista se non possunt tangere quae cum applicantur, ipsa continuantur, ut patet de aqua; sed magnitudo mathematica applicata alteri continuatur, cum non habeat ista aliqua principia naturalia distinguenda inter partes. 45

*Quaestio 38a.**Utrum magnitudinibus, corporibus mathematicis debeat locus*

Quaeritur utrum mathematicis corporibus debeat locus.

Videtur quod sic: 50

31 eis] s. l. 37 patiuntur] passiuntur ms. 44 patiuntur] pasiuntur ms.

29-30 Aristoteles, De gener. I (c. 6, 323a 1-2).

32-33 Aristoteles, Categ. (c. 6, 4b 20-22; 5a 15-16).

41-43 Aristoteles, De gener. I (c. 6, 323a 3 sq.).

1. per litteram.

2. Item, quibus debetur positio, eis debetur locus eo quod positio est determinatio partium respectu loci; mathematicis debetur positio; ergo etc.

55 3. Item, quae possunt habere extra se aliquid continens separatum, possunt habere locum eo quod locus est continens extrinsecum; sed mathematica possunt habere tale continens de cubo circumscripto cuilibet naturali, ut patet.

Contra, cuicumque debetur locus, hic locus est vel violentus vel
60 naturalis; non naturalis, quia talis locus solum inest naturalibus corporibus, nec violentus, quia tunc ei debetur alius locus naturalis, quia quod habet locum violentum, habet locum naturalem, et non habet locum naturalem, ut visum est.

Item, cuilibet corpori debetur locus, eis debetur motus ad
65 locum; corpori mathematico non debetur motus ad locum, quia omnis motus est naturalis vel violentus; sed corpori mathematico non debetur motus naturalis, quia talis motus inest corporibus naturalibus, nec inest motus violentus, quia sic eis debetur motus naturalis.

70 Item, cuicumque debetur locus, sibi debetur locus qui est sursum vel deorsum; sed mathematicis non debetur sursum, quia sic si esset deorsum, moveretur ad sursum; nec deorsum: cum enim esset sursum, moveretur deorsum; sed sic non moventur, quia non habent in se per quod magis requirunt sursum esse
75 quam deorsum.

Item, cuicumque debetur locus, ei debetur quies in loco: si enim nihil quiesceret in loco, non moveretur in loco; sed corpori mathematico non debetur quies in loco, quia quies naturalis solum inest corporibus naturalibus.

80 Iterum, quod nullam habet naturam, non sibi est locus naturalis; corpora mathematica non habent naturam, nec quies

53 est] *s. l.* 58 ut patet] *in marg.* 59 Contra] *item ms.* 62 naturalem] *naturale ms.* 70 qui] *quae ms.* 78 quia] *non add.*

violenta, quia tunc alibi sibi debetur locus naturalis, cuius contrarium ostensum est. ||

f. 88 ra

Quaestio 36b.

Ad primam quaestionem dico quod duo corpora immediate se possunt tangere. Intelligendum tamen quod omnis tactus est applicatio duarum vel plurium magnitudinum distinctarum in suis ultimis, et est quidam contactus naturalis de quo hic loquitur Aristoteles. Alius est contactus mathematicus. Tactus naturalis non solum est secundum ultima magnitudinum, sed secundum ultima virtutum, propter quas virtutes illa quae se naturaliter tangunt, mutuo agunt et patiuntur. Ideo dicit Aristoteles quod tactus talis est in habentibus magnitudines distinctas quorum ultima sunt simul, moventibus et motis, activis et passivis. Tactus mathematicus est solus secundum ultima magnitudinum, non secundum ultima virtutum, ut si aliqua se tangerent immediate et in suo contactu neutrum a neutro patiretur, iste est tactus mathematicus. Ad quaestionem dico quod duo corpora immediate se possunt tangere, quia si non, vel non possent esse duo corpora, vel si essent, inter ea esset vacuum. Unde cum inter sphaeram Saturni et Jovis non caderet corpus medium, esset vacuum, si se immediate non tangerent.

1. Ad argumentum dico, ad primum quod illa quorum ultima sunt simul, sunt in eodem loco primo, quia inter ea non cadit alius locus medius, et sic nihil prohibet duo corpora esse in eodem loco primo.

105

2. Ad aliud dico quod corpora in aqua et aere non se tangunt sine humido intercepto, sequitur ubi latera extrema eorum afficiuntur sicca, et sic peccat ratio, quia licet aqua cadat (in) medium, tamen inter unum istorum corporum et aquam non cadit corpus medium, sed immediate tangunt, et sic ratio non procedit.

3. Ad tertium dico quod ista linea non potest esse una linea,

82-83 cuius—est] *in marg.* 100 sphaeram] speram *ms.* Saturni] saturnis
107 ubi latera] *in marg.*

quia quando signas duo puncta, vel unum in actu in linea, tunc dividis lineam, et ideo cum illa linea divisa est, secat illa corpora
 115 in duobus punctis. Et si arguas quod inter illa duo puncta cadit linea media et sic non se tangunt immediate, dico quod in eodem corpore inter duo puncta cadit linea media, sed inter duo puncta diversorum non oportet quod cadat linea media.

Quaestio 37b.

Ad secundam quaestionem dico quod magnitudines mathe-
 120 maticae sunt in corporibus naturalibus linea, superficies et corpus, et loquor de corpore secundum quod est in genere quantitatis, et nomen quantitatis. Ista secundum quod sua nomina significant, sunt mathematica, et quia corpora naturalia se tangunt et moventur secundum locum, et sunt in locis et quie-
 125 scunt in loco, ideo et magnitudines mathematicae se tangunt et sunt in loco et moventur etc. per accidens, quia corpora naturalia in quibus sunt sic faciunt. Et ideo dicit Aristoteles quod »mathematicis similiter dandus est locus et tactus«. Sicut mathematica si essent a corporibus naturalibus abstracta actu in esse
 130 se non tangerent nec etiam haberent locum naturalem propter corpora naturalia in quibus actu sunt. Si autem magnitudines mathematicae in esse essent abstracta, se non possent tangere, quia una linea mathematica alii lineae applicata statim sibi continuatur, quia non habet formas naturales per quas distin-
 135 guatur ab altera.

1. Ad argumentum dico quod »similiter dandus est etc.« verum est ut sunt in corporibus naturalibus.

2. Ad aliud dico quod non sequitur quod licet eis debeat positio quod eis insit tactus, sed oportet cum se tangerent quod
 140 possent habere magnitudines suas distinctas.

3. Ad tertium dico: magnitudines mathematicae, cum sint in corporibus naturalibus, possunt habere sua ultima simul, sed cum sint per se, non possunt. Ad probationem dico quod corpora naturalia possunt habere sua ultima simul quod habent formas

136 etc.] s. l.

127-128 Aristoteles, De gener. I (c. 6, 323a 1-2).

per quas distinguuntur sua ultima, sed corpora mathematica, 145 cum per se accipiantur, non possunt habere, <quia> non habent per quas distinguuntur sua ultima, ut patet in aqua. Unde non dicuntur mathematica non habere sua ultima simul, sed cum applicantur, non habent aliquid distinguens sua ultima.

Quaestio 38b.

Ad aliam quaestionem dico quod in loco est natura quanti- 150
tativa et natura qualitativa. Locus ratione naturae quantitativae est aequalis locato: aequalitas enim in quantitate est. Locus ratione naturae qualitativae, quam in se habet, dicitur generativus et salvativus sui locati. Unde Porphyrius »locus principium generationis«. Cum igitur corpus naturale sicut per suam quan- 155
tativam quam in se habet determinat sibi naturam quantitativam loci, propter suam formam determinat sibi naturam qualitativam loci. Quod enim lapis vult esse magis deorsum quam sursum, non est propter quantitatem, sed hoc est propter for- 160
mam suam, et ideo simplicia debent sibi loco propter suas formas. Quia corpora mathematica quantitates sunt, ideo requirunt naturam quantitativam loci. Quia etiam corpora mathe- 165
matica, prout sunt abstracta, formas naturales non habent, non requirunt naturam qualitativam loci. Unde si cubus mathematicus esset totaliter in esse abstractus, non plus requirit sursum 165
quam deorsum. Et sic corpora mathematica secundum quod huiusmodi naturam quantitativam loci requirunt, <sed naturam qualitativam loci non requirunt>.

1. Ad argumentum dico quod sicut habent tactum, prout sunt in corporibus naturalibus, sic sunt in loco. 170

2. Ad aliud dico quod ex hoc quod aliquid habet positionem, sibi debetur locus quantum ad naturam quantitativam loci, et ideo quia mathematica positionem habent, ideo requirunt naturam quantitativam loci.

3. Ad aliud || dico: quod mathematica possunt habere conti- 1.88 rb
nens separatum, et dico quod possunt habere locum quantum ad naturam quantitativam loci.

148 dicuntur] *in marg.* 160 suas] *suam ms.* 164 cubus] *cubrus ms.*

154-155 Porphyrius, Isagoge, De genere (Arist. Lat. I,6-7, p. 6,8-10).

Argumentum in oppositum probat quod corpora mathematica separata in actu non possunt habere locum naturalem, quod
 180 verum est, quia nullam habent naturam, sicut naturalis loquitur de natura.

Capitulum de activis et passivis

Quaestio 39a.

Utrum activa et passiva sint in eodem genere

Quaeritur circa capitulum de activis et passivis. Et primo
 utrum activa et passiva debeant esse in eodem genere.

Videtur quod non:

1. Substantia et accidens non sunt in eodem genere; substantia potest pati a forma accidentali; ergo etc.

2. Item, si effectus est univocus, et causa est univoca, et aequivocus et aequivoca, libro Posteriorum; actio et passio non sunt univoca nec in eodem genere, et agens et patiens sunt causa istorum; ergo etc.

10 Contrarium dicit Aristoteles in littera secundum quaesitum.

Item, activum et passivum sunt contraria; sed contraria sunt in eodem genere; ergo activa et passiva sunt in eodem genere.

Quaestio 40a.

Utrum activa et passiva communicant in una natura materiae

Quaeritur utrum passiva et activa communicant in una natura materiae.

15 Videtur quod non:

1. Corpora caeli activa sunt in corpora inferiora, et non sunt corpora caeli habentia unam naturam materiae cum eis, cuius probatio est, quia sic essent transmutabilia ad invicem, scilicet corpora caeli in corpora inferiora et e converso, quod falsum est:

1 Aristoteles, De gener. I (c.7, 323b 1 sq.).

6-7 Aristoteles, Post.anal. II (c.17, 99a 4 sq.).

10 Aristoteles, De gener. I (c.7, 323b 29-33).

est enim corpus caeli ingenitum et incorruptibile, I° Caeli et 20
Mundi.

2. Item, quaecumque communicant unam naturam materiae, ipsa sunt passibilia: est enim materia secundum se passiva; si sic esset, tunc omne agens esset passibile et sic in mundo nullum esset agens impassibile, quod est falsum. 25

Contrarium habetur in littera, scilicet quod agens et patiens communicant unam naturam materiae.

Item, quaecumque sic se habent quod utrumque est receptivum formae utriusque, ista communicant unam (naturam) materiae: si enim unum illorum propter naturam materiae suae 30 receptivum est formae suae, et alterum est receptivum formae, consimiliter oportet quod hoc sit propter naturam materiae; sed mutuo activa et passiva sunt huiusmodi, ergo communicant in una natura materiae.

Quaestio 39b.

Ad primam quaestionem dico quod activa et passiva sunt in 35 eodem genere: genere eodem, specie autem diversa oportet esse activa et passiva, in littera.

1. Ad argumentum dico quod forma accidentalis non dicitur activa, sed substantia cuius est illa forma per suam formam dicitur esse activa in alteram substantiam. Unde si esset aliqua 40 forma accidentalis separata ab omni substantia et si ageret in aliam substantiam, concluderet argumentum, sed sic non est hic.

2. Ad aliud dico quod effectus est univocus etc. hoc solum est verum de causa formali, scilicet quod causa sit univoca et aequivoca, et ratio huius est, quia effectus habet esse per for- 45 mam suam, et ideo si effectus duo sunt aequivoci, sicut homo et asinus, oportet quod habeant formas essentialiter differentes.

26 patiens] passiens *ms.* 36 eodem²] eadem *ms.* 39 activa] activum *ms.*
46 suam] *in marg.*

20 Aristoteles, De caelo et mundo I (c. 9, 277b 27; c. 10, 279b 4 sq.).

26-27 Aristoteles, De gener. I (c. 7, 324a 34-35).

36-37 Aristoteles, De gener. I (c. 7, 323b 31-33).

Et si duo effectus sunt univoci, ut homo et iste homo, causa formalis erit univoca. Et quia activum et passivum non sunt
 50 causae formales, sed activum est efficiens et passivum materia, ideo non oportet quod causa agens sit univoca et aequivoca etc., quia ex uno agente possunt plures et aequivoci effectus contingere, et dicuntur effectus plures in specie aequivoci, quia si per unum nomen significarentur, aequivoco significarentur.

Quaestio 40b.

55 Ad secundam quaestionem dico quod activum et passivum duobus modis inveniuntur: aut enim sunt mutuo activa et passiva, aut non. Si sunt mutuo activa, — et voco mutuo activa et passiva illa quorum unum transmutat aliud et e converso — et ista activa et passiva de necessitate unam naturam materiae
 60 debent communicare. Et ratio huius est: si enim ipsa materia secundum naturam suam recipit formam aliquam, ut calorem, ideo corpus caeli non potest recipere calorem, quia non habet materiam quae sit talis naturae quae sit natura materiae in corporibus inferioribus. Ergo omnis materia quae est receptiva
 65 talis formae, ut caloris, ipsa est materia eiusdem naturae. Cum igitur sicut calidum recipit calorem propter naturam suae materiae, sic et frigidum cum transmutatur ad calorem habebit eandem naturam materiae quae est calido. Unde mutuo activa et passiva unam naturam materiae communicant de necessitate.
 70 Alia activa et passiva non sunt mutuo activa et passiva — et voco talia quorum unum agit in alterum et non e converso — et in talibus aliquando agens simpliciter nullam penitus materiam habet, sicut motor caeli et caelum. Caelum passivum est, quia transmutatur a suo motore, motor eius est activum. Aliquando
 75 tale activum habet materiam, sed non materiam eiusdem naturae cum suo passivo, ideo non patitur a suo passivo. Quia tamen materiam habet, pati potest. Omne enim habens materiam, passibile <est>. Materia enim ex se est passiva. Et talia activa et passiva sunt caelum et ista inferiora, et quia caelum non habet
 80 materiam eiusdem naturae cum istis inferioribus, ab inferioribus non patitur. Quia tamen materiam habet caelum, ideo passibile

est, scilicet a suo motore. Ideo dicit Commentator XI° Metaphysicae, quia inter entia penitus passibilia, cuiusmodi sunt ista inferiora, et inter entia quae nullo modo sunt transmutabilia, est medium, scilicet caelum quod transmutatur secundum ⁸⁸ situm, non secundum substantiam.

His dictis manifesta est responsio ad rationes.

1. Ad primum argumentum dico quod caelum et ista inferiora sunt activa || et passiva, sed non mutuo. f. 88 va

2. Ad aliud dico quod verum esset, si omne agens et patiens ⁹⁰ esset mutuo agens et patiens. Sed modo non est ita.

Quaestio 41.

Utrum illud quod patitur secundum quamlibet partem patitur

Quaeritur utrum illud quod patitur secundum quamlibet partem patitur.

Videtur quod sic:

Illud quod patitur, patitur secundum illud secundum quod illud est in potentia ad formam agentis; sed ipsum quod patitur, ⁸ non solum secundum unam partem, sed secundum quamlibet eius partem est in potentia ad formam agentis; ergo etc.

Item, passivum sub agente proprio de necessitate vadit ad actum, et illud quod patitur, secundum omnem suam partem patitur; ergo etc. 10

Contra, agens naturale non agit nisi ad determinatam substantiam: tantum enim posset passivum distare ab activo quod ipsum non transmutaret; sed possibile est aliquod pati inter distare quod agens in ipsum non ageret; ergo etc.

Item, cuius pati non dependet ex passione alterius, ipsum ¹⁵ potest pati etiam si alterum non patiat; sed pati unius partis

83 entia] *corr. ex* essentia. 87 responsio] *sio(?) ms.* 89 passiva] *est add.*

91 patiens] *pasiens ms.*

1 quamlibet] *quodlibet ms.*

continui non dependet ex passione alterius partis, ut manus a passione pedis non patitur; ergo etc.

Item, quodcumque aliquod agens secundum ultimam suam
 20 virtutem alterat passivum aliquod, ut corpus, si alterabile augmentetur, non alteratur ipsum totum, quod prius auctum est quam alteratum; sed possibile est aliquod agens alterare passivum aliquod finitum secundum ultimam sui virtutem, <et>
 possibile est corpore finito accipere maius, quare non patietur
 25 secundum omnem sui partem.

Item, si alterans aliquod alterat corpus aliquod totum, si alterans dividatur, cum in minore corpore sit minor virtus, non alterabit ipsum totum; sed quod non alterat totum, non alterat secundum quamlibet eius partem.

30 Ad hanc quaestionem dico quod cum omne quod alteratum et passum est hoc est corpus, contingit invenire primum alteratum, tunc inter alterata quoddam est primum alteratum et quoddam non est primum alteratum <sed alteratum> propter alterationem suae partis, sicut Socrates sanatur, non quia primum sanabile,
 35 sed quia oculus sanatur primum, ergo alteratum est quod ratione sui totius alteratum est et non ratione suae partis. Nec voco primum passum simpliciter, quod tamen passo contingit dare primam partem, quia passum corpus est divisibile in infinitum, sive sit passum subito sive successive, et in corpore
 40 non est dare primam partem. De illo verum est quod Aristoteles dicit quod secundum quamlibet partem patitur. Et hoc probatur sic: a c primum passum, et a c est corpus, quia omne passum corpus est; dividatur a c per b medium, quia omne corpus divisibile, et sic una pars eius a b et alia b c, tunc arguo a c pri-
 45 mum passum est, aut ergo quaelibet pars eius passa est aut nulla aut utraque aut altera et altera non. Si quaelibet, habeo propositum; si nulla, nec totum a c; nec una et altera non, tunc pars passa fuit primum passum, quod est contra hypothesim, et

21 quod] *corr. ex quia.* 32 quoddam] *quaedam ms.* 32-33 et—alteratum] *in marg.* 35 oculus] *corr. s. l.* 48 hypothesim] *epotesim ms.*

non totum passum. Sequitur ergo quod illud quod patitur sicut primum passum, quod quodlibet eius patitur. Aliud est non ⁵⁰ primum passum, et illud est quod patitur ratione partis suae. Si ergo aliquid totum patitur secundum partem et pars prior toto, ergo non est totum primum passum, et tale passum non patitur secundum quamlibet sui, quia quod sic patitur, pateretur secundum quamlibet partem. Tunc cum una pars continui ⁵⁵ corporis corrumpetur, quaelibet pars corrumpetur, quod est falsum.

Item, idem est subiectum fieri et factum esse, quod est subiectum generationis idem est subiectum generati; sed possibile est unam partem alicuius continui esse subiectum alicuius formae ⁶⁰ praeter quod alia pars eius sit subiectum eiusdem formae vel consimilis, ut una pars alba et non altera. Sed illud non patitur quod non est subiectum fieri, nam pati quoddam fieri est.

Per hoc resumitur ad rationes ad utramque partem, quia verum concludunt: una concludit de passo non primo et aliae de ⁶⁵ passo primo.

Quaestio 42.

Utrum una pars alicuius continui possit pati ab alia

Quaeritur utrum una pars alicuius continui possit pati ab alia.

Videtur quod sic:

1. Totum animal est quoddam corpus continuum, et tamen una animalis pars transmutatur ab alia parte, ut <ab> anima ⁵ totum animal; ergo etc.

2. Item, unum elementum patitur ab alio, et tamen omnia elementa sunt una magnitudo continua circumscriptis omnibus formis naturalibus per quas distinguuntur elementa; ergo etc.

3. Item, os in animali alterat carnem et caro nervum, eo quod ¹⁰ istae partes sunt diversa et contraria in suis complexionibus, et animal quoddam corpus est continuum; ergo etc.

61 eiusdem] eidem *ms.*

1 utrum] *s. l.* 5 animalis] *in marg.*

4. Item, totus digitus corporis continuus est et tamen una pars potest ab alia pati, cum fuerit infecta aliquo veneno; ergo
15 etc.

Contrarium in littera quod una pars continui non potest pati ab alia.

Item, omne quod patitur ab alio, debet esse privatum illo ad quod alterum potest transmutare: qui tollit privationem, universaliter tollit omnem transmutationem; sed una pars continui non est privata aliquo ad quod alterum potest transmutare, eo quod partes alicuius continui omnino sunt similes in suis formis, ut partes ignis vel aquae vel aliquorum consimilium.

Item, omne agens sibi assimilat passum, <sed> una pars totius non potest assimilare sibi aliam, quia omnis assimilatio quaedam transmutatio est, et omnis transmutatio est a contrario in contrarium, et una pars continui non opponitur alteri parti eiusdem continui; ergo etc.

Ad hanc quaestionem dico quod continui cuius omnes partes sunt penitus similes in formis suis tam substantialibus quam
30 accidentalibus et in omni sua virtute, || una pars talis continui non potest pati ab alia eiusdem continui. Nam ex quo sunt penitus similes, tunc omne principium activum quod est in una parte respectu alterius, est una respectu sui ipsius, et omne principium
35 passivum similiter. Si ergo sic esset, tunc una pars posset pati a se ipsa, quod est falsum, et idem corrumperet se ipsum, quod est impossibile. Unde illud quod sicut nullo modo est in actu, nullo modo est activum, sic illud quod nullo modo est activum in illud quod aliquod est in potentia, <nullo modo ***>. Sicut
40 enim illud quod nullo modo est in potentia respectu »b«, non est passivum ab ipso »b«, <sic ***>. Unde, licet caelum est in potentia, non tamen est in potentia respectu inferiorum, ideo ab inferioribus <illud pati> impossibile est. Si dicas quod totus aer est continuus et una pars patitur ab alia, iam solutum est, dico quod

13 continuus] continua *ms.* 16 non] *s. l.* 24 sibi assimilat] similat *ms.* in *marg.* 37 Unde] unum *ms.* 39-41 hic *ms.* corruptus esse videtur.

16-17 Aristoteles, De gener. I (c. 9, 327a 1).

iste aer non est penitus continuus, si una pars sit in calore et 45
reliquae in frigore.

1. Ad argumentum dico quod animal non est corpus continuum: caro enim et os et nervus non sunt corpora continua, quia sunt diversae speciei. Et similiter ratio peccat in alio, cum dicitur quod pars alicuius continui non patitur, et intelligitur 50
de partibus quantitativis, et anima non est pars quantitativa.

2. Ad aliud dico quod elementa sunt corpora discontinua et magnitudines discontinuae, et si circumscribamus etc. tunc sunt una magnitudo continua, verum est. Formae enim diversae distinguunt corpus quod sub caelo est, et tunc una pars non 55
patitur ab alia, quia elementa non sunt distincta.

3. Ad aliud dico quod caro patitur ab osse, quia os est frigidum et siccum et caro calida et humida, non simpliciter, sed respective. Sed animal non est corpus continuum: partes enim animalis non sunt continuae: os non est continuum nervo nec 60
carni, quia in suis formis distinguuntur.

4. Ad aliud dico quod quando una pars digiti est infecta, non sunt istae partes continuae quantum ad formas accidentales, licet sint continuae quantum ad formas substantiales. Est enim una pars in actu ad quod altera <est> in potentia. 65

Quaestio 43.

Utrum contingat dare primum alteratum

Quaeritur utrum contingat dare primum alteratum.
Videtur quod non:

1. Omne alteratum corpus est: incorporalia et immaterialia non alterantur nec simpliciter transmutantur; non est possibile dare primum corpus: cuius enim divisio vadit in infinitum huius 5
non contingit dare primum; ergo non contingit dare primum alteratum.

2. Item, alteratio motus est; sed non contingit dare primum motum ibi vel primam partem motus; ergo etc.

55 distinguunt] destinguunt *ms.* 59 Sed] et *ms.* 60 non¹] *s. l.* 61 distinguuntur] destinguuntur *ms.*

10 Contra, in quibus non contingit dare primum, in illis non contingit dare ultimum; si igitur sic esset, universaliter nihil esset alteratum, quod est falsum.

Item, hoc est primum alteratum quod non est alteratum ex eo quod aliqua pars existens in eo alteratur, ut Socrates sanatur
15 etc., sed hoc est primum alteratum; sed tale alteratum contingit dare; ergo etc.

Ad hanc quaestionem dico quod contingit dare primum alteratum duobus modis: uno modo primum alteratum <est> quod non est alteratum propter hoc quod aliqua eius pars <est> primo
20 alterata, sed secundum se primum. Et primum hoc modo dictum opponitur ei quod est secundum partem: quod enim secundum partem alteratum est, hoc non est primum alteratum. Alio modo contingit dare primum alteratum: illam partem alteratam in alterato quae in instanti alterata est et ante ipsam non est alia
25 pars alterata in duratione, sed solum in causalitate. Si enim non contingeret primam dare partem alteratam, tunc ante istam esset alia pars alterata prius in duratione et ante ipsam alia et sic in infinitum, et nihil esset universaliter alteratum, aut alteratio solum se profundaret in ipsum passum per superficiem,
30 et sic nullo modo se confundaret. Sic contingit dare primam partem alteratam, sed primam partem alterati non contingit dare, quia licet ista pars primo alterata sit <et sit> prima pars alterata, quia tamen ipsa est divisibilis, ideo non est prima pars alterati, quia eius divisio vadit <in> infinitum.

35 1. Ad argumentum dico quod non sequitur: licet non contingat dare primam partem corporis nec primam partem alterati, partem tamen primo alteratam contingit dare.

2. Ad aliud dico quod omnis alteratio est motus, sed alteratio successiva; haec alteratio est subitanea.

*Quaestio 44.**Utrum activa et passiva differant in specie*

Quaeritur utrum activa et passiva differant in specie.
Videtur quod non:

Magis et minus sunt activa et passiva; sed magis et minus non diversificant vel differunt in specie, eo quod magis et minus possunt cadere in una essentia. 5

Contrarium in littera.

Item, quaecumque sunt sui ipsius corruptiva, ipsa sunt in specie diversa, quia si essent eadem in specie, idem sui ipsius esset corruptivum; sed activa et passiva sunt sui ipsius corruptiva; ergo etc. 10

Item, quod non potest communicare formam et speciem cum agente, debet in specie differre ab agente; sed activum et passivum non potest communicare formam et speciem cum agente, quia si aliquod passivum haberet omnem formam et dispositionem activi, ab ipso non pateretur, eo quod simile a simili non 15 transmutatur, quia sic magis a se ipso transmutaretur.

Ad hanc quaestionem dico: cum non agit nisi quod est in actu ens: potentia enim non vadit ad actum nisi per motorem entem actu, XI^o Metaphysicae, tunc si sunt in uno activa et passiva, oportet utrumque esse ens actu secundum formam, et non potest 20 utrumque esse ens actu secundum unam et eandem formam, quia tunc neutrum alterum transmutaret, eo quod nihil transmutatur <ad> illud quod habet. Ergo oportet mutuo activa esse. Utrumque est ens secundum formas contrarias et diversas, et sic secundum species diversas erunt mutuo activa. Et si non sunt 25 mutuo activa et passiva, adhuc oportet ipsa esse in actu secundum diversas species. Unam enim non possunt habere, et materia prima non potest esse sine omni forma in actu, sequitur necessario quod debent esse diversa secundum speciem.

6 Aristoteles, De gener. I (c.7, 323b 31-33).

18-19 Aristoteles, Met. XII (A c.6, 1071b 28-30).

30 Ad argumentum dico quod licet minus calidum in quantum
 1. 89 *ms* tale non differat || a magis calido, tamen minus calidum non agit
 in magis calidum secundum quod calidum, sed in minus calido
 reperitur aliquid frigiditatis quod in magis calido non reperitur,
 et secundum hoc agit in magis calidum, quia secundum formam
 25 calidi non agit in calidum.

Quaestio 45.

Utrum activa et passiva debeant esse contraria

Quaeritur utrum activa et passiva debeant esse contraria.
 Videtur quod non:

- Substantiae diversae sunt ad invicem activa et passiva, ut
 ignis et terra; sed substantiae nihil est contrarium; ergo etc.
- 5 Dices quod licet ista sint activa <et> passiva, hoc ratione qua-
 litatum primarum et non ratione formarum substantialium
 <est>, et ita activa et passiva erunt contraria. Contra, elementa
 mutuo agunt et patiuntur secundum illud, secundum quod se
 transmutant, et transmutant se elementa non solum secundum
 10 passiones, sed etiam secundum formam substantialem; ergo
 sunt activa non solum secundum suas qualitates, sed secundum
 formas suas substantiales: non enim solum ex terra generatur
 calidum, sed generatur ex ea ignis. Item, caelum est activum,
 et hoc <in> inferiora, et non sunt contraria.
- 15 Oppositum dicitur in littera quod activa et passiva debent
 esse contraria.
- Item, quae sunt sui ipsius ad invicem corruptiva, ipsa sunt
 contraria; activa et passiva sunt huiusmodi.

Et dicendum ad hoc: si solum intelligas contrarietatem esse
 20 secundum quod solum contraria reperiuntur in qualitate et ubi,
 non oportet activa et passiva mutuo sint contraria, eo quod in
 aliquo genere inveniuntur aliqua quae sunt activa et passiva,
 ut in genere substantiae. Si tu voces contraria illa quae habent

8 patiuntur] pasiuntur *ms*. 9 non solum] *in marg*. 23 habent] sunt *ms*.

15-16 Aristoteles, De gener. I (c.7, 323b 31-33; 324a 1 sq.).

virtutes activas impossibiles circa idem se mutuo transmutes, sic oportet omnia mutuo activa et passiva esse contraria, et sic contrarietas bene reperitur in substantiis. Duae enim substantiae bene possunt habere virtutes activas impossibiles circa idem, ut ignis et terra. Sic activa et passiva mutuo debent esse contraria.

Ad argumentum dico quod substantiae est altera substantia contraria, loquendo de contrarietate quae sufficit ad actionem et passionem.

De modo agendi et patiendi

Quaestio 46.

Utrum sit ponere poros in corporibus

Quaeritur de modo agendi et patiendi.

Quaeritur utrum sit ponere poros in corporibus.

Videtur quod sic:

1. Aristoteles 4° Meteororum: Corpora frangibilia sunt propter poros secundum longum ordinatos, et comminabilia sive divisibilia habent poros secundum latum; sic videtur quod ponit poros.

2. Item, cum ex corpore mixto expirat aliqua pars eius quantitativa, si non sit ibi quod replet porosum locum, oportet ibi esse porum.

3. Item, Aristoteles 4° Meteororum: later non est solubilis ab aqua, et dat causam, quia pori, per quos aqua expiravit, sunt minores ipsa aqua egrediente; ergo etc.

Contrarium in littera.

2 poros] *in marg.* 6 ponit] *ponitur ms.* 14 Contrarium] *item contrarium ms.*

4-6 Aristoteles, Meteor. IV (c.9, 386a 9-17).

11-12 Ibid. (c.6, 383b 9-12; c.7, 384a 33-34).

12-13 Ibid. (c.8, 385a 27-30).

14 Aristoteles, De gener. I (c.8, 326b 6-28).

15 Item, pori non sunt nisi quaedam vacuitates quas vacuitates non contingit ponere, 4^o Physicorum.

Ad hanc quaestionem dico quod si poros intelligas quoddam foramen nullo corpore repletum, sic <non> contingit ponere poros in corporibus. Si autem per poros intelligas partem cor-
 20 poris magis passibilem, sic bene contingit ponere poros, ut patet hic per Aristotelem; si autem voces poros partes corporis humido subtili repletas, sive illud humidum sit de substantia corporis, sive non, ut patet in spongia — in ipsa sunt pori repleti humido
 25 humidum subtile de facili cedit humido cibali ingrediente, hoc modo ponere poros est possibile, et de his procedunt rationes.

Ad argumentum dico quod isti pori non sunt vacuitates, sed sunt isti pori viae illae per quas nutrimentum in arbore transit a radice ad singula membra arboris. Et ideo facilius secundum
 30 longum potest arbor scindi, quam secundum latum. Similiter in latere pori non sunt vacuitates, sed sunt viae per quas humidum exspiravit, et non sunt isti pori vacuitates, sed replentur aere.

Quaestio 47a.

Utrum contraria in virtute possint ad invicem agere et pati

Quaeritur adhuc de activis et passivis, et quaeritur utrum
 35 contraria aequalia in virtute possent ad invicem agere et pati.

Videtur quod non;

5 1. Agens debet esse vincens; si contraria sunt adaequata, neutrum est vincens; ergo non possunt esse mutuo activa et passiva.

2. Praeterea, quando tanta est virtus vel maior quiescentis in quiescendo, quanta est virtus moventis in movendo, non move-

18 repletum] repleta ms. 19 per poros] in marg.

2 aequalia] aequata(?) ms.

15-16 Aristoteles, Phys. IV (c. 9, 216b 22-217b 28).

20-21 Aristoteles, De gener. I (c. 9, 326b 31-35).

bit motor nec movetur mobile; sed sic est si contraria sunt aequalia; ergo etc.

Contra, approximatis duobus quorum utrumque est in actu respectu alterius et in potentia similiter, de necessitate agunt et patiuntur; sic se habent contraria aequalia; ergo cum est sic, necesse est fieri actionem et passionem. 15

Quaestio 48a.

Utrum minus possit agere in maius

Quaeritur utrum minus possit agere in maius, ut minus calidum in maius calidum.

Videtur quod non:

1. Quod non potest transmutare alterum, hoc non potest agere in ipsum: omnis enim actio est quaedam transmutatio; sed 20 motor iste, cuius est virtus minor quam sit virtus contraria existens in mobili, non potest ipsum transmutare, ergo etc., quia virtus minus calidi est minor quam virtus magis calidi.

2. Item, ea quae sunt eiusdem speciei, non sunt ad invicem activa et passiva; magis calidum et minus <calidum> sunt eiusdem speciei; ergo etc. 25

Contrarium apparet ad sensum: si enim minus calidum infundatur magis calidum, remittit ipsum, et hoc non est sine actione.

Quaestio 47b.

Ad primam quaestionem dico quod contraria adaequata in 30 virtutibus suis sunt ad invicem activa et passiva. Si enim non essent ad invicem activa et passiva, aut hoc esset propter hoc quod materia eorum amitteret virtutem suam passivam, aut propter hoc quod formae eorum amitterent virtutes suas activas, aut propter utrumque. Nullum || istorum potest dici: materia 1. 39 25 non potest amittere virtutem passivam, quia materia secundum se passiva est, et subiectum non potest amittere quod sibi per

se inest; formae etiam eorum non possunt amittere virtutes activas, quia si sic, tunc essent alterius speciei quam essent
 40 prius. Ex his sequitur quod non propter utrumque. Immo propter hoc causaliter quod utrumque est in potentia respectu utriusque et uterque habet virtutem activam respectu utriusque, propter hoc necessario illis approximatis fiet mutua actio et passio.

45 1. Ad argumentum dico quod »agens est vincens« potest intelligi duobus modis: aut ita quod agens excedat suum agibile in virtute, et hoc non oportet. Alio modo potest intelligi agens vincens, quia omne agens debet removeere suum agibile a sua dispositione in qua prius erat, sic omne agens de necessitate est
 50 vincens.

2. Ad aliud dico quod quando tanta etc. hoc verum est solum in motu locali, ut si lapis tantam habet virtutem in quiescendo, quanta est virtus hominis movendi in movendo, non movebit motor nec movetur mobile. Et illud quod dictum est de contra-
 55 riis adaequatis, debet intelligi de contrariis similiter separatis.

Quaestio 48b.

Ad aliam quaestionem dico quod cum non posset esse minus calidum nisi quod magis habeat frigidum sibi commixtum quod est contrarium calidi, ex hoc contingit quod minus calidum est medium inter calidum et frigidum perfecte. Medium inter ex-
 60 tremum contrariatur utrique extremo, 5° Physicorum. Contraria sunt mutuo activa et passiva. Si ita quod nihil potest esse minus calidum nisi quod habeat contrarium calidi sibi mixtum, et est medium inter perfecte calidum et perfecte frigidum, ergo minus ratione contrarietatis potest agere in maius.

65 1. Ad argumentum dico quod virtus minor etc. hoc est solum intelligendum de motu locali.

2. Ad aliud dico quod secundum illam formam secundum

38 possunt] *ex potest corr. in marg.* 54 movetur] *motor ms.* 56 posset] *possent ms.* 62 nisi] *non ms.* 63 medium] *est add.*

quam sunt eiusdem speciei, non agit unum in aliud nec e converso. Modo licet calidum minus formam calidi habeat, secundum tamen illud contrarium, quod sibi habet commixtum, non 70 est eiusdem speciei, ideo potest esse in maius activum. Unde medium habens in se naturam utriusque extremi, ideo contrariatur utrique extremo per naturam diversam, propter hoc in utrumque extremum potest agere, ut tepidum in frigidum et in calidum est activum, in calidum per frigidum sibi commixtum 75 et in frigidum per calidum sibi commixtum.

Quaestio 49a.

Utrum oporteat ponere aliquod ens immateriale

Quaeritur utrum oporteat ponere aliquod ens immateriale. Videtur quod sic, XI^o Metaphysicae: Quod si in entibus non esset actus purus, entia possent esse ut si non essent. Actus purus est immaterialis; si enim in se materiam haberet, potentiam haberet et non esset actus purus; oportet igitur esse 5 aliquod ens immateriale.

Item, omne ens materiale est ens genitum; praeter omne ens genitum oportet esse aliquod ens ingenitum in mundo, ergo oportet esse aliquod ens immateriale. Maior probatur: omne ens materiale habet materiam transmutativam ad formam; trans- 10 mutatio ad formam generatio est. Minor patet eo quod si omnia essent generata, nihil esset.

Praeterea, oportet esse in mundo aliquod ens quod <est> causa totius entis causati; illud ens non potest esse materiale ens, quia omne ens materiale habet causam aliquam; oportet 15 ergo esse in mundo aliquod ens immateriale.

Contra, non oportet esse ens immateriale in mundo nisi ut aliquod ens mundi posset esse aeternum et causa aliorum, sed propter hoc non oportet illud ens esse immateriale, quia caelum

70 contrarium] contrarii *ms.*

2 sic] non *ms.* in] est *ms.* 4 immaterialis] immateriale *ms.* 9 immateriale] materiale *ms.* 11 eo] *s. l.* 19 immateriale] materiale *ms.*

2-3 Aristoteles, Met. XII (A c. 6, 1071b 19-21).

est æternum et causa aliorum, et ipsum est materiale eo quod in omni re mota oportet esse materiam, XI^o Metaphysicæ.

Quæstio 50a.

Utrum entia immaterialia agant sine omni passione

Quaeritur utrum ipsa, si essent immaterialia, agerent sine omni passione.

Videtur quod sic:

1. Aristoteles dicit hic quod separatum a materia ageret in passibile ens, ergo etc.

2. Item, omne quod patitur, hoc est ens in potentia ad terminum ad quem transmutatur per suam passionem; entia separata a materia nullo modo sunt in potentia eo quod materiae est pati et materia secundum se est in potentia.

3. Item, omnis passio est aliqua transmutatio, et omnis transmutatio subiectum habet; nullum autem subiectum transmutationis potest esse sine subiecto primo quod est materia prima; sequitur quod in separatis a materia non potest esse aliqua transmutatio, per consequens nec actio; ergo agunt sine omni passione.

Contra, intelligere quoddam pati est; separata a materia intelligunt: separata enim a materia, ut vult Commentator 3^o De Anima, sunt intellectus, et intellectus intelligunt; ergo separata a materia possunt pati.

Quæstio 49b.

Ad primam quaestionem dico quod in entibus necessarium est esse aliquod ens immateriale quod est penitus actus purus sine omni potentia passiva, quia omne ens materiale est ens causatum et factum, quia omne ens materiale est ens compositum, et tale

29 materiae] materia *ms.* 35 nec] non *ms.*

20-21 Aristoteles, Met. XII (A c.2, 1069b 24-26). Cf. etiam Aristotelem, Met. VIII (H c.1, 1042b 5-7); *ibid.* (c.4, 1044b 6-9).

25-26 Aristoteles, De gener. I (c.7, 324a 34-35; 324b 4-6).

38-39 Averroes, De anima III c.14 (ed. Crawford p. 428-429).

est causatum; cum igitur praeter omnia entia causata oportet ⁴⁵ necessario esse aliquod ens non causatum, ideo sequitur quod erit aliquod ens immateriale. Praeterea nullum ens causatum est sufficiens causa alicuius sui effectus, et huius probatio est: a quocumque dependet aliqua res per suam essentiam, ab eodem dependet omnis effectus eius; ens causatum per suam essen- ⁵⁰ tiam ab alio dependet, ergo et omnis effectus eius entis materialis ab aliquo dependet; ergo nullum ens materiale est causa sufficiens sui effectus. || Cum ergo necesse est in entibus esse ⁵⁵ aliquam causam sufficientem suorum effectuum — aliter entia causata non essent: non enim potest ens causatum esse sine ⁵⁵ causa sufficiente — ergo etc. Et <si> hoc est verum, ex hoc sequitur quod necesse est illud ens esse aeternum, quia omne ens quod non habet aliquam causam, ipsum non potest esse cum prius non esset. Ergo cum sit aliquod ens quod non habet aliquam causam, sequitur quod ipsum sit aeternum. ⁶⁰

Ad argumentum dico quod non solum ponitur <ens immateriale> propter hoc quod ipsum sit aeternum, sed propter hoc quod ipsum sit causa totius entis.

Quaestio 50b.

Ad aliam quaestionem dico quod ipsa agunt sine omni sua passione, et ratio huius est: materia est subiectum omnis trans- ⁶⁵ mutationis. »Omnes enim transmutationes oppositae in situ habent subiectum fixum«, principio 8° Metaphysicae, ergo quae sunt entia immaterialia, eis nulla est transmutatio possibilis.

Item, transmutatio est impossibilis sine potentia passiva: quomodo enim aliquod transmutetur ad aliquem terminum quod ⁷⁰ non habet potentiam ad illum terminum passivam? Hoc est impossibile. Potentia passiva est impossibilis sine materia: mate-

66 situ] sutu *ms.*

66-67 Aristoteles, Met. VIII (H c. 1, 1042a 32-34).

68 Cf. Boethium de Dacia, De summo bono (ed. Grabmann p. 215, 15-16); Boethium de Dacia, Modi significandi qu. 3, 47-48 (p. 17). Haec propositio anno 1277 condemnata est, cf. Chart. Univ. Paris. I p. 547 prop. 71).

ria enim secundum se est passiva, sicut dicit littera. Ergo si sic est, quae sunt immaterialia, in eis nulla est potentia passiva, et
 75 ita in illis immaterialibus entibus impossibilis est transmutatio, cum sine potentia passiva impossibilis est transmutatio. Cum igitur omnis passio sit aliqua transmutatio, sequitur quod impossibilis est entibus immaterialibus aliqua passio, et quia eis impossibilis est transmutatio, sequitur illa necessario semper
 80 uno modo se habere. Agunt igitur entia immaterialia sine omni sua passione, ut dicit Aristoteles in littera, et ratio probat. Sicut ergo entia immaterialia separata sunt a materia, sic separata sunt ab omni transmutatione et passione, et in eis non est malum, et ista sunt perfecta mundi et bonum, et ista sunt
 85 causa entium mundi quae aliter se habere possunt. Illa entia mundi quae nullo modo transmutantur, sunt causa transmutabilium. Aeterna enim sunt causa generabilium et corruptibilium, id est non aeternorum.

Ad argumentum dico quod intelligere per receptionem quod-
 90 dam pati est, scilicet per receptionem speciei intelligibilis. Intellectus separati non intelligunt per receptionem speciei intelligibilis: receptio enim non est sine corpore, Commentator XI^o Metaphysicae. Praeterea intelligentia intelligit ita quod intellectus et intellectum et ratio per quam intelligit et actio intelli-
 95 gendi sunt res una et intellectus in actu. Et hoc est verum de omni intelligentia separata. Unde audacter: si non esset alius modus intelligendi quam <per> receptionem, <et> non esset intellectus sine potentia passiva, primus intellectus aliud a se non intelligeret, quia omnis talis intellectus est passibilis intellec-
 100 tus, et omnis intellectus qui fit per receptionem, perficitur per ipsum receptum in intellectum, unde intellectus per receptionem est pati, et sic separata non intelligerent. Sed alio modo est.

Ista circa capitulum de activis et passivis sufficiant.

87 et corruptibilium] s. l. 99 passibilis] passivus ms.

72-73 Aristoteles, De gener. I (c.7, 324b 18).

80-81 Ibid. (c.7, 324b 4-6).

92 Averroes, Met. XI (= XII) c.51 (Opera, Vol.VIII, fol. 335 sq.).

Capitulum de mixtione

Quaestio 51a.

Utrum mixtio elementorum sit possibilis

Quaeritur circa capitulum de mixtione. Et quaeritur utrum mixtio elementorum sit possibilis.

Videtur quod non:

Miscibilibus convenientibus aut utrumque manet sicut prius, aut utrumque corrumpitur, aut unum corrumpitur et alterum manet. Si utrumque manet non est mixtio; similiter si utrumque corrumpitur, quia eorum quae non sunt non est mixtio. Similiter est si alterum corrumpitur et alterum manet: nam entis cum non-ente non est mixtio. Ergo mixtio non est possibilis.

Contrarium dicitur in littera.

Item, si mixtio non est possibilis, tunc omne corpus generabile esset corpus simplex, nec esset generatio carnis vel ossis, quod est impossibile.

Quaestio 52a.

Utrum elementa secundum formam substantialem salvantur

Quaeritur utrum elementa secundum formam substantialem salvantur in mixto.

Videtur quod sic:

1. Quod corrumpitur apud generationem alterius, non est illi elementum, eo quod elementum est ex quo res componitur et manet in re, 5^o Metaphysicae; si igitur terra et ignis etc. corrumpere, non esset tunc mixtio elementorum.

2. Item, virtutes elementorum, scilicet aeris, terrae etc. salvantur in mixto, et cum virtus non est sine substantia, igitur oportet elementa secundum suas substantias in mixto esse salvata.

12 generatio] corporis *add. et exp.* 20 elementorum] elementa *ms.* 21 aeris, terrae] aere terris *ms.*

10 Aristoteles, De gener. I (c. 10, 328b 14-15); cf. etiam ibd. (327a 30-328b 22).
18-19 Aristoteles, Met. V (Δ c. 3, 1014a 26-27).

25 3. Item, si formae substantiales elementorum corrumpentur
in mixto, tunc materia elementorum, ut materia prima, esset
ita immediatum subiectum mixti quod esset subiectum elemen-
torum; hoc falsum est, quia tunc materia corporum mixtorum
non esset mixta, ergo elementa oportet salvari in mixto secun-
30 dum formas substantiales.

Contra, omnis transmutatio quae habet subiectum quod est
substantia in actu, alteratio est; generatio mixti non est altera-
tio, sed est transmutatio ad substantiam, quia nulla substantia
in actu est subiectum generationis mixto; ergo etc.

35 Item, si formae substantiales elementorum salvantur in mixto,
tunc aut in qualibet parte, quantaque parva est, quaelibet forma
cuiuslibet elementi, aut una pars habet formam unius elementi
et reliqua alterius elementi; non primo modo, quia sic opposita
essent in eodem, sequeretur ad illud impossibile, cum omne in
40 quo est forma ignis, est ignis, et in quo est forma terrae, est
terra, sequeretur quod una pars esset terra et ignis, et sic unum
individuum esset sub diversis speciebus, quod est falsum; non
secundo modo, quia sic non quaelibet pars mixti esset mixta, sed
una esset terra, alia ignis, et sic deinceps. Resumo rationem:
45 ergo si quaelibet pars signata haberet quamlibet formam cuius-
libet elementi, sequeretur quod una pars haberet in se opposita;
secundo modo non, quia sic individuum esset sub diversis spe-
ciebus; ergo etc.

Quaestio 53a.

Utrum forma substantialis possit intendi et remitti

Quaeritur utrum forma substantialis possit intendi et remitti.

50 Videtur quod sic:

1. Commentator: si effectus remittitur, tunc causa effectus

42 esset] et *ms.*

remittitur; sed qualitates elementorum sunt effectus formarum substantialium et elementorum et remittuntur; ergo etc.

2. Item, secundum formas in toto salvatas vel in toto corruptas impossibilis est mixtio; si ergo elementa miscerentur secundum formas substantiales, oportet eas nec esse in toto salvatas nec corruptas, ergo istas in parte corrumpi et partim manere, quia possunt remitti; || sed formae quae in toto non sunt salvatae nec in toto corruptae, remissae sunt. r. 89 vb

Contrarium in praedictis. 60

Item, ad omnem formam divisibilem possibilis est motus; si ergo forma substantialis est divisibilis, ad ipsam est motus. Hoc est falsum, cum motus non sit nisi in talibus generibus, scilicet qualitate, quantitate et ubi, ergo forma substantialis non potest intendi nec remitti. 65

Item, omnis differentia secundum formam substantialem variat speciem; magis et minus ad invicem differunt eo quod opponuntur; si igitur magis et minus caderent in forma substantiali, <variarent speciem> et sic in forma substantiali non est huiusmodi differentia. 70

Quaestio 51b.

Ad primam quaestionem dico quod mixtio est possibilis, et sunt miscibilia illa quae communicant in materia, propter hoc utrumque receptum est facere utrumque, et oportet ita habere virtutes ad invicem contrarias activas et passivas secundum quas utrumque potest transmutare utrumque ad naturam suam. 75 Et oportet istas in virtutibus suis aliquo modo esse adaequatas. Si enim unum esset multum dominans et alterum multum deficienti, tunc esset unius corruptio et alterius generatio, et esset augmentatio et non mixtio, et sic ex istis non generaretur alterum istorum, sed quoddam medium. Intelligendum etiam quod 80 omnes formae secundum quas fit commixtio corporum ad invicem, debent esse tales quod possint in parte corrumpi et partim manere, intendi debent et remitti. Ratio huius est, quia si non

52 sed] et ms. 53 et²] s. l. 55 miscerentur] misserentur ms. 57-58
 corrumpi—remitti] in marg. infer. 61 possibilis] in marg. super. 63 cum] s. l.

possint partim corrumpi et partim salvari, aut oportet quod illa
 85 sint penitus salvata, et sic non magis mixta nunc quam prius,
 nec debent corrumpi, quia non-entium non est mixtio. Ergo
 omnes illae formae debent intendi et remitti, est igitur mixtio
 corporum possibilis.

Ad argumentum dico quod neutrum istorum oportet, sed
 90 utrumque in parte corruptum et in parte salvatum.

Quaestio 52b.

Ad secundam quaestionem dico quod ignis et terra etc. non
 sunt in mixto salvata secundum suas formas substantiales nec
 in toto nec in parte, quia tunc oporteret necessario aliquam
 partem quantitativam esse in mixto de qua verum esset dicere
 95 ipsam ignem esse purum, vel ignem et aquam, terram etc. Im-
 possibile enim est formam substantialem alicuius esse in aliquo
 nisi ipsum in quo esset, posset dici illud cuius illa forma, quod
 est falsum in mixto. Non enim haec pars est ignis, vel ista demon-
 strata alia parte terra vel ignis vel quodlibet istorum elemento-
 100 rum. Ideo dico quod nulla pars est in mixto quod habet formam
 substantialem alicuius elementi: non est enim aliquid habens
 formam substantialem hominis quod non est homo. Similiter est
 de forma elementorum. Nec similiter est aliqua pars habens
 omnes formas omnium elementorum. Tunc esset illa pars omnia
 105 elementa, quod est impossibile. Unde dico quod formae substan-
 tiales elementorum non sunt salvatae in mixto.

1. Ad argumentum dico quod secundum illud quod corrup-
 pitur, non est illi elementum: ignis enim etc. secundum formas
 substantiales corrumpuntur, ideo non sunt elementa mixtorum.
 110 Quia tamen qualitates et virtutes elementorum in mixtis salva-
 tae sunt, secundum hoc dicuntur eis elementa.

2. <Ad secundum dico:> »Virtutes elementorum salvantur in
 corpore mixto«, verum est virtutes qualitatum accidentalium,
 et non virtutes formarum substantialium salvantur, et dico
 115 quod virtus formae substantialis non potest esse sine substantia

87 omnes] oportet *ms.* 95 purum] *ex puram s. l. corr.* 97 nisi] *s. l.*

illa cuius est virtus. Virtutes salvatae non <sunt> formarum substantialium virtutes.

3. Ad aliud dico quod non sequitur, quia licet materia quae est subiectum in generatione mixtorum, non habeat in se formas elementorum, est tamen ibi commixtio qualitatum et propter hoc materia prima non est immediatum subiectum mixtorum, sicut et elementorum. 130

Quaestio 53b.

Ad aliam quaestionem dico quod non potest forma substantialis intendi et remitti. Non enim aliquis dici <potest> magis homo vel minus homo: nam quicquid intenditur secundum aliquam formam, hoc diversificatur secundum illam formam. Si igitur <aliquid> intenderetur secundum formam substantialem, hoc diversificaretur secundum suam substantiam, et sic non esset unius speciei, quod est impossibile. Ergo nulla una forma substantialis, nec substantia, potest intendi et remitti. 130

1. Ad argumentum dico quod si effectus remittitur, non oportet causam suam remitti, et causa evidens est istius; causa alicuius effectus ipsa manens in sua specie perfecta potest impediri ne faciat effectum. Cum enim gravitas sit causa sui subiecti esse inferius, tamen potest impediri ab illo effectum. Unde si effectus remittatur ex aliqua causa extrinseca, non oportet causam corrumpi nec remitti eo quod accidentaliter prius potest impediri ab actu secundo manens tamen actus primus. Et convenit Commentatori <qui> ex sua opinione accepit hanc propositionem universaliter veram, »si effectus etc.« Et iterum <cum> dixit quorundam elementorum esse quosdam effectus formarum substantialium elementorum, <ex hoc> sequeretur, cum remittitur frigiditas aquae, vel totaliter frigiditas eius esset corrupta, ut aqua calefacta, quod aqua calefacta non esset aqua, quod est falsum. Ideo Commentator non est in hoc credendus. 145

2. Ad aliud dico quod verum est, si essent penitus salvatae vel penitus corruptae, non esset mixtio. Sed forma substantialis

elementi nec in toto nec in parte <in> mixto salvatur. Ideo antecedens est falsum, nam in nulla parte mixti est forma alicuius
150 elementi, nec forma omnium elementorum.

Quaestio 54.

Utrum mixtum aequale sit possibile

Quaeritur utrum mixtum aequale sit possibile. Voco mixtum aequale in quo virtutes omnium elementorum sunt aequatae.

Videtur quod non:

5 1. Elementa superiora sunt fortiora in qualitatibus activis quam inferiora, et inferiora elementa sunt fortiora in qualitatibus passivis quam superiora; si igitur deberent adaequari, oporteret in qualitatibus activis plus advenire de inferioribus quam de superioribus, et similiter deberet esse proportio in
10 qualitatibus passivis: oporteret plus advenire de superioribus quam de inferioribus, hoc autem est impossibile; quare etc.

2. Item, illud corpus in quo sunt virtutes omnium elementorum adaequatae, non habet motum naturalem, eo quod omne corpus mixtum movetur secundum motum elementi dominantis
15 in ipso; et corpus quod non habet motum naturalem, non habet quietem nec ordinem <in> mundo; sed huiusmodi corpus esse est impossibile; ergo etc.

Contra, quae miscentur secundum formas quae possunt aequaliter intendi et remitti, ipsa possunt aequaliter misceri; elementa
1. 90 *ra* miscentur secundum formas primas || quae possunt aequaliter intendi et aequaliter remitti; ergo etc. Minor patet sic: fiat enim transmutatio ex maxime calido ad minime calidum, quod transmutatur erit in aliquo gradu in quo frigidum potest sibi adaequari. Sic apparet minor, maior de se manifesta est.

25 Item, passivum ab agente suo patitur donec sit sibi assimilatum; si ergo contraria approximantur, necesse quod agant et

149 nam] modo est *ms.*

8 activis] oportet *add.* 18 miscentur] misscentur *ms.* 20 miscentur] missentur *ms.* 23 gradu] grado *ms.*

patiantur ad invicem donec assimilentur, quia numquam cessit actio et passio quousque fuerit assimilatum patiens. Quando autem unum elementum est perfecte alteri assimilatum, tunc in virtutibus sunt elementa sibi invicem adaequata et alius actus 30 medius est, ergo etc.

Item, omne quod potest excedi ab altero et excedere ipsum, potest sibi adaequare; virtus cuiuslibet elementi potest excedi a virtute alterius elementi et excedere ipsam, ergo etc.

Ad hanc quaestionem dico quod mixtum ad aequalitatem est 35 possibile in quantum virtus calidi non excedit virtutem frigidi nec e converso, in quantum virtus sicci non excedit virtutem humidi, nec e converso. Hoc est possibile a parte miscibilium, et est ista possibilitas et respectu materiae et ex parte qualita-
tum primarum et ex parte formae mixti. Ex parte materiae: 40 quia sicut materia, quantum de se est, est in potentia ad formas contrarias, <sic> ad aequales. Est etiam possibilitas ex parte primarum qualitatum: nam cum una qualitas compatitur suum contrarium in eadem parte materiae, cum tamen illud contra-
rium excedat ipsam in virtute, sicut calidum minus compatitur 45 frigidum, ergo multo fortius secum compatitur suum contra-
rium adaequatum, quia sic suum contrarium super ipsum minus habet actionis. Possibilitas similiter est ex parte formae mixti: nam sicut contrariis alterantibus se ad invicem, quorum <alte-
rum> est intensius et alterum remissius, necesse est fieri actum 50 medium, qui actus non est unius elementi, sed actus mixti. Et similiter elementis contrariis adaequatis in virtute alterantibus se ad invicem necesse est fieri actum medium qui est actus mixti sive forma mixti, qui actus non est unius elementi sed mixti. Est ergo possibile mixtum esse aequale. Mixtum in 55 quantum tale non requirit dominium alicuius elementi, quia non dominium calido eo quod sint quaedam mixta frigida. Simi-

27 patiantur] passiantur *ms.* 36 frigidi] calidi *ms.* 38 nec] licet(?) *ms.*
45-46 compatitur—fortius] *in marg.* 54 forma] formam *ms.*

35 sq. Cf. Boethium de Dacia, Quaestiones super IV. Meteorum qu. 62 (Classica et Mediaevalia XXVIII). Ex gratiosiss. communicatione J. Pinborg.

liter est de omnibus aliis, ut de dominio siccitatis eo quod sunt mixta humida, nec reliquorum dominium.

60 1. Ad argumentum dico quod elementa inferiora non sunt fortiora in qualitatibus passivis.

2. Ad aliud dico quod si in aliquo mixto essent virtutes omnium elementorum adaequatae, et istae virtutes secundum quas elementa se miscent et moventur ad loca, non haberet tale mixtum motum naturalem in mundo, quia mixtum movetur secundum motum elementi dominantis in eo. Tamen elementis in mixto adaequatis secundum virtutes per quas se alterant mutuo ad invicem, non oportet ea adaequare secundum virtutes secundum quas moventur localiter. Videmus enim in mixto ali-
70 quid esse calidius et tamen gravius, et frigidius et minus grave. Unde si mixtum sit calidius, non oportet quod sit levius, ergo etc.

Quaestio 55.

Utrum mixtum aequale circumscriptis extrinsecis corrumpentibus sit corruptibile

Quaeritur utrum tale mixtum est corruptibile circumscriptis corrumpentibus exterioribus.

Videtur quod sic:

1. Quod habet in se principium corruptionis, hoc est corruptibile; hoc mixtum habet in se materiam, et materia principium est corruptionis in eo quod est principium omnis transmutationis; unde 7° Metaphysicae: materia est qua res potest esse et non esse.

2. Item, quod nullam formam sibi determinat, hoc nulli privationi repugnat; materia huiusmodi mixti nullam formam sibi determinat eo quod est in potentia ad omnem formam; ergo materia huiusmodi mixti nulli privationi repugnat, ergo ista materia est in potentia ad privationem formae huiusmodi mixti, tale est corruptibile; ergo etc.

65 mixtum] non add. movetur] in marg.

4 Quod] quia ms. 7 et] s. l.

7-8 Aristoteles, Met.VII (Z c.7, 1032a 20-22).

3. Item, contraria sunt sui corruptiva et in huiusmodi mixto 15 sunt contraria approximata eo quod omne mixtum est ex contrariis, ergo sunt sui corruptiva; sed corruptis contrariis ex quibus est mixtum, necesse est mixtum corrumpi.

4. Item, minus et maius approximata sunt mutuo activa et passiva: minus enim calidum infusum magis calido remittit 20 ipsum, ergo multo fortius contraria ad invicem adaequata; sed sic fit corruptio mixti; ergo etc.

Contra, omnis forma quae corrumpit aliquid in alio subiecto, ipsa non est in actu in illo subiecto nisi ipsa generat se in illo subiecto corrumpendo contrarium; sed omnis forma quae potest 25 esse in hoc mixto principium corruptionis ipsa est in una parte mixti sicut et in alia, ergo circumscripto corrumpente exteriori ipsum non est corruptibile.

Item, ubi non potest causari actio et passio, ibi non potest causari corruptio; sed in mixto adaequato non potest causari 30 actio et passio, eo quod quaelibet pars istius mixti similis est alteri parti perfecte et in materia et in omni forma, et quae sunt perfecte similia, non sunt mutuo activa et passiva.

Item, omnis actio agentis requirit subiectum in potentia ad illud ad quod agens habet virtutem activam; sed in hoc mixto 35 nulla est pars in potentia respectu alterius: nam omnis actus qui est in una parte, est in altera parte; ergo in hoc mixto nulla potest contingere transmutatio circumscripto etc.

Item, 4° Meteororum: »corporis mixti putrefactio est; finis enim omnium mixtorum putredo est«, et cinis ibi esse dicitur. »Sed 40 putrefactio omnis est corruptio in unoquoque humido propriae et secundum naturam alienae caliditatis«, ut ibidem dicitur; si igitur sic est quod corruptio est || ex causa aliena, et hic 1. 90 45 circumscriptum est extrinsecum corrumpens, ergo etc.

Ad hanc quaestionem quod si quaeras utrum hoc mixtum est 45

17 corruptis] corruptionis *ms.* 24 se] corrumpendo *add.* 30 adaequato] adaequate *ms.* 39-41 est—putrefactio] *in marg. inf.*

39-40 Aristoteles, Meteor. IV (c. 1, 379a 5-6). Cf. Averroem *ibid.* c. 3.

41-42 Aristoteles, Meteor. IV (c. 1, 379a 16-18).

45 sq. Cf. Boethium de Dacia, Quaestiones super IV. Meteorum qu. 63 (Classica et Mediaevalia XXVIII). Ex gratiosiss. communicatione J. Pinborg.

corruptibile circumscripto extrinseco corrumpente, dico quod
 sic, quia ipsum habet in se materiam, quae est in potentia ad
 formam contrariam quantum de se est, et ideo hoc mixtum
 esset corruptibile quantum de se est, etiam circumscripto ex-
 50 trinseco corrumpente. Si quaeras utrum hoc mixtum corrumpetur
 circumscripto extrinseco corrumpente, dico quod non cor-
 rumperetur, ex quo enim omnes partes huius mixti sunt perfecte
 similes et in materia etiam in omni dispositione nulla pars in
 potentia respectu alterius, nulla pars in actu respectu alterius,
 55 sed perfecte partes similes omnes, sicut partes ignis continui.
 Unde sicut una pars ignis continui non alterat aliam, nec e
 converso — si enim una pars istius mixti alteraret aliam, alteraret
 se ipsam — sic in hoc mixto non potest contingere corruptio ex
 60 ipsis quae in ipso sunt, nec ab extrinseco, quia omne extrinsecus
 corrumpens circumscriptum est. Unde hoc mixtum corruptibile
 est, sed ipsum non corrumpetur. Unde cum mixtum numquam
 corrumpitur nisi quando ipsum ex sua complexione alteratur —
 senectus enim cadens in mixto est ex alteratione suae complexio-
 nis, et senectus est via in corruptionem — et in hoc mixto non
 65 est aliquod agens alterans suam complexionem, ideo corruptibile
 est, sed non corrumpetur. Sed si vis ulterius ire, si circumscri-
 batur omne conservans extrinsecum, tunc quaeritur utrum illud
 mixtum sit durationis aeternae de se. Est enim finitae potentiae,
 ergo finitae durationis, Commentator in libro De Substantia
 70 Orbis. Dico quod si hoc mixtum deficeret, non esset corruptio
 naturalis.

3. Ad argumentum dico quod contraria sunt sui corruptiva,
 verum est quorum utrumque est in actu respectu utriusque,
 similiter in potentia respectu utriusque; sed contrariorum in
 75 hoc mixto neutrum est in actu nec in potentia respectu utriusque.

1.&2. Ad argumentum primum quod primae duae rationes
 concludunt quod tale mixtum esset corruptibile, concedatur.

4. Ad aliud dico quod licet minus agat in magis, non sequitur
 quod aequata, quia minus calidum contrariatur magis calido.

70 esset] esse *ms.* 74 contrariorum] contraria *ms.*

Sic non est in hoc mixto, quia unum non contrariatur alteri, ideo non sunt mutuo activa et passiva.

Quaestio 56.

Utrum aliquod corpus simplex positum in loco indifferenti possit corrumpi

Quaeritur utrum aliquod corpus simplex, ut ignis, si ponetur in loco indifferenti circumscripto extrinseco corruptente, utrum corrumpetur.

Videtur quod sic:

1. Omne corruptibile de necessitate corrumpetur, 1° Caeli et Mundi; sed iste ignis, positus in loco indifferenti circumscripto extrinseco corruptente est corruptibile; ergo etc.

2. Item, quicquid non habet virtutem infinitam, non potest esse durationis infinitae, quia duratio rei non se extendit ultra virtutem facientem illam durationem; ignis non habet in se virtutem infinitam, eo quod in corpore finito oportet esse virtutem finitam, 8° Physicorum; ergo etc.

Contra, omnis transmutatio praeter suum subiectum et suum terminum requirit motorem differentem et a subiecto et ab utroque termino: idem enim penitus non potest esse ita. Hic circumscriptus est omnis motor extrinsecus et non est motor intrinsecus qui possit istam transmutationem facere; ergo ignis positus in tali loco numquam corrumpetur.

Item, in corpore simplici impossibile est corruptio sine alterius generatione ut contrarii. Et ratio huius est: si ignis simplex corrumpetur, et in ista materia nihil generatur, esset materia per se sola sine omni forma, et hoc est impossibile. Hic autem nullum est generans — nam omne extrinsecum agens circumscriptum est — ergo iste ignis sic positus numquam corrumpetur.

Ad hanc quaestionem dico quod corpus simplex in loco indifferenti positum numquam corrumpetur, et voco locum indifferen-

5 Aristoteles, De caelo et mundo I (c.12, 283a 27-28).

11-12 Aristoteles, Phys.VIII (c.10, 266b 5-6).

tem qui nec est contrarius nec conveniens. Et ratio huius est: materia ignis, quantum de se est, est indifferens ad formam ignis et ad privationem formae ignis: materia enim est illud quod est
 30 omnia in potentia: Sicut ipsa est in potentia ad omnem formam, sic ad privationem omnis formae. Ex hoc arguitur sic: illud quod est aequale ad formam ignis et ad privationem eius, ex se non transmutatur ad aliam formam. Ergo cum materia subiecto formae ignis aequalis sit, et de se non transmutatur ad privatio-
 35 nem formae ignis, et non est hic aliquod transmutans, nec ipsa privatio formae ignis transmutat materiam ex forma ignis, sic, quia terminus transmutationis non transmutat, et si corrumpitur forma ignis, privatio est terminus illius corruptionis, nec et potentia passiva, quae est in materia ad privationem formae
 40 ignis, sic transmutat, ista potentia passiva non sic transmutat, quia sicut potentia passiva non sufficit ad generationem, sic nec sufficit ad corruptionem. Unde universaliter talis potentia ad nullam transmutationem sufficit: quod enim habet potentiam passivam, per se non vadit ad actum. Unde sicut illud quod
 45 non habet in se principium activum nec passivum suae corruptionis, <non> necesse est ipsum corrumpi, ut substantiae separatae, eo quod necesse est nullam esse corruptionem ubi nullum est principium corruptionis. Sic erit in proposito, eo quod solum habet passivum principium, sine principio activo non corrumpi-
 50 tur: principium enim passivum non sufficit.

1. Ad argumentum dico quod corruptibile est duobus modis: uno modo quod habet principium activum et passivum suae corruptionis, sicut sunt mixta, in quibus sunt contraria. Illud
 55 ens est valde debile, et tale corruptibile de necessitate corrumpitur. Alio modo est corruptibile quod solum habet in se principium passivum suae corruptionis et non principium activum, non oportet illud corrumpi de necessitate nisi extendas corruptionem.

f. 90 va 2. Ad aliud dico quod illud quod non habet virtutem etc. ||
 60 dico quod iste ignis non habet virtutem infinitam et <tamen>

33 aliam formam] aliud respondeo(?) ms. 34 et] est ms. 37 si] sic ms.
 41 sicut] sic ms. 43 quod enim] quia non ms. 47 ubi] et ms. 48 est] esse ms.

non sequitur quod si non sit durationis infinitae, ergo corrumpetur. Sicut non omne quod processit ab esse ad non-esse potest esse generatio, sic nec huius processus ab esse ad non-esse erit corruptio. Scio quod omnis res quae non habet aliam causam, quamdiu durat habet aliquid quod ipsam in esse conservat. ⁶⁵ Causa istius propositionis, scilicet 'quod non habet infinitam virtutem, non <est> durationis infinitae', quia Averroes in Substantia Orbis: quod est finitae virtutis, est finitae durationis. Similiter ex ratione apparet: sicut enim duratio aeterna est talis quae non potest sumi maior duratio, sic virtus faciens talem durationem debet esse talis quae non etc., quia si sic, tunc illa maior virtus faceret maiorem durationem quam sit duratio aeterna, quod est falsum et impossibile. Virtus ergo quae facit durationem aeternam, erit virtus infinita, cum ea non possit sumi maior, quia si esset finita, posset ea sumi aliqua virtus maior. ⁷⁵

Ista sufficiant circa primum.

61 quod] corrumpetur *add. ms.* 62 processit] processus *ms.* 63 processus] *corr. in marg.*

67-68 Averroes, De substantia orbis cap. II (Opera, Vol. IX, fol. 6 I-K).

LIBER SECUNDUS

Quaestio 1.

Utrum generatio et corruptio sit in mixtis propter generationem et corruptionem elementorum

Quaeritur utrum generatio et corruptio inveniatur in omnibus generabilibus per naturam elementorum.

Videtur quod non:

1. Quaecumque differunt in specie, generatio et corruptio in uno eorum non causat generationem in alio; elementa et mixta sunt huiusmodi; ergo etc.

2. Item, si ad corruptionem elementi sequeretur corruptio mixti, tunc ad generationem elementi sequeretur generatio mixti; hoc est falsum; ergo etc.

10 Contrarium in littera.

Item, propter quorum transmutationem in mixtis causatur senium, propter illorum transmutationem causatur corruptio; senium enim est via in corruptionem; transmutatio elementorum in mixto causat senium: si enim semper esset eadem proportio 15 primarum qualitatum, in qua generatus est, numquam causaretur senium.

Item, omnis forma mixti in primis qualitibus requirit aliquam proportionem, qua proportionem genita generatur forma mixti, qua proportione stante stat forma mixti, qua corrupta corrumpitur forma mixti; generatio et corruptio in primis qualitibus 20 non elementis est eo quod sunt elementorum qualitas; ergo etc.

Ad hanc quaestionem dico quod elementa licet non sint prima corpora universaliter — quia corpora caelestia sunt prima, non dico prima in duratione, quia quam cito fuit corpus caeli et 25 elementa, sed corpora caelestia praecedunt elementa in causalitate — sunt enim elementa prima corpora inter generabilia et corruptibilia, ita quod omnia generabilia vel sunt elementa vel

6 sunt] secundum *ms.* 15 causaretur] causatur *ms.* 23 quia] quod *ms.*

10 Aristoteles, De gener. II (c. 4, 331a 12-21).

ex elementis. Sed in elementis invenitur generatio et corruptio propter naturam elementorum. Quia enim elementa sunt talia, nunc in eis potest cadere corruptio et generatio, similiter in ³⁰ mixtis. Elementa enim non solum materialiter conferunt ad generationem mixti, sed effective: nam per qualitates activas et passivas suas mutuo se alterant per quam mutuam alterationem veniunt ad actum medium qui actus medius est forma mixti. Et cum in mixto unum contrariorum vincit alterum in ³⁵ virtute, tandem corrumpit alterum et agit corruptionem mixti. Et ideo illud mixtum in quo elementa magis sunt aequata secundum suas virtutes, est magis remotum a causis corruptionis, et ideo illud mixtum quod est melioris compositionis, *(est)* maioris durationis circumscriptis extrinsecis corrumpentibus. ⁴⁰ Sic apparet manifeste quod in omnibus generationibus et corruptionibus est generatio et corruptio per naturam elementorum. Unde non alteratur heterogeneum nisi quia homogeneous, et non alteratur homogeneous nisi alteratio fiat secundum primas qualitates. Alteratio in primis qualitibus dicitur alteratio *(in)* ⁴⁵ primis elementis.

1. Ad argumentum dico quod si aliqua differunt specie et nullam attributionem habent ad invicem, ad generationem et corruptionem unius non sequitur generatio et corruptio in aliquo alio, sicut homo et asinus; sed elementa licet differant a mixto, ⁵⁰ tamen elementum attribuitur mixto, quia mixtum est ex elementis. Ita maior falsa est, si universaliter intelligatur.

2. Ad aliud dico quod ad corruptionem et generationem elementi non sequitur etc., sed ad corruptionem proportionis quam habent primae qualitates elementorum, sequitur corruptio mixti ⁵⁵ et generatio.

28 Sed in elementis] *in marg.* 30 nunc] *nec ms.* 31 mixtis] *elementis ms.*
 36 tandem] *tamen ms.* 43 heterogeneum] *etherogeneum ms.* 44 nisi] *natura ms.*
 primas] *ex proprias corr. in marg.* 45 primis] *propris ms.*

*Quaestio 2.**Utrum qualitates primae praecedant elementa*

Queritur utrum qualitates primae praecedant elementa, sicut videtur Aristoteles velle in littera.

Videtur quod non:

1. Accidens non potest praecedere suum subiectum; qualitates primae sunt accidentia elementorum; ergo etc. Maior patet. Minor declaratur: Commentator volens probare quod istae qualitates primae non possunt esse formae substantiales elementorum, arguit sic: quod est accidens in uno, non potest esse forma substantialis aliorum; sed qualitates primae sunt accidens mixti, ergo non sunt formae substantiales elementorum; ergo etc.

2. Item, effectus non praecedit suas causas; istae qualitates primae sunt effectus formarum substantialium elementorum: vult enim Commentator quod materia cum forma est causa omnium accidentium: accidentia enim sunt in composito super materiam et formam, et ideo in separatis a materia non sunt accidentia.

Contrarium in littera, dicens Aristoteles quod in generatione elementorum prius est materia quae est substantia, deinde contrarietates, et ultimo elementum, ut ignis, terra etc.

Item, si ex aqua debet generari ignis, oportet quod qualitates aquae corrumpantur et alteretur aqua ad qualitates ignis, sicut ad siccum calidum. Ergo necessario istae qualitates: calidum, siccum praecedunt formam substantialem ignis.

Ad hanc quaestionem dico quod qualitates primae <non> possunt praecedere elementa: nihil enim praecedet elementa nisi substantia in potentia ingenerabilis et incorruptibilis; nunc in

23 Ergo] generatur *ms.* 27 incorruptibilis] corruptibilis *ms.*

1-2 Aristoteles, De gener. II (c. 1, 329a 32-35).

6 sq. Averroes, De gener. II c. 6 (Opera, Vol. V, fol. 372).

14-15 Averroes *ibd.*

18-20 Aristoteles, De gener. II (c. 1, 329a 32-35).

substantia illa non possunt esse qualitates primae, quia est solum substantia in potentia; si igitur ante elementa nihil est nisi subiectum quod est solum substantia in potentia in qua non sunt primae qualitates, ideo primae qualitates non possunt praecedere elementa, immo universaliter in nullo simplici potest esse aliquod accidens. Probatio: in quocumque est aliquod accidens, ipsum erat in potentia passiva ad hoc accidens; || nec autem *l. 90 vb* illud idem simplex in quo est potentia ad aliquod accidens vel *ss* ad aliquem actum.

1. Ad argumentum dico quod Commentator respondet quod Aristoteles intelligit per istas contrarietates formas substantiales elementorum: primo enim in generatione elementorum est substantia, secundo forma substantialis; tertio elementum, et *40* ponit formas accidentales loco substantialium, quia magis manifestae sunt.

2. Ad aliud dico quod non sequitur, quia hoc calidum et siccum quod in aqua est oportet remittere humidum, cum hoc calidum et siccum non sunt qualitates ignis, sed aquae, quamquam *45* per accidens. Iste calor qui modo est in aqua, numquam erit in igne, sed aqua corrupta corrumpitur, quia accidens transiret de subiecto in subiectum.

Quaestio 3.

Utrum visus sit prior tactu

Quaeritur utrum visus sit prior tactu.

Videtur quod non:

1. Sensus qui separatur ab omnibus aliis et nullus potest esse sine ipso, sed quilibet alius sensus ipsum praesupponit, iste est primus sensuum; tactus est huiusmodi; ergo etc. Quod hoc sensu *5* tactus est <quem> animal et quilibet sensus praesupponit.

2. Item, quanto aliquid est formalius, tanto ipsum est posterius, quia formaliora et perfectiora sunt posteriora; quia generatio vadit ad perfectiora, visus formalior tactu; ergo etc.

31-32 praecedere] procedere *ms.*

6 sensus] sensum *ms.* 16 autem] enim *ms.*

- 10 3. Item, sicut obiectum ad obiectum, sic sensus ad sensum; sed obiectum tactus est prius obiecto visus; ergo etc.

Contrarium in littera.

- Ad hanc quaestionem dico quod aliquid dicitur prius duobus modis: aut secundum perfectionem aut secundum generationem.
 15 Visus est prius secundum perfectionem, cuius signum <est> quod animalia habentia visum perfectiora sunt. Tactus autem prius est secundum generationem, quia tactus est fundamentum omnium aliorum sensuum et ipsum omnes alii praesupponunt.

Et per hoc respondetur ad rationes.

Quaestio 4.

Utrum terra possit esse continua sine humido et aquoso

Quaeritur utrum terra possit esse continua sine humido aquoso. Videtur quod sic:

1. Omnis terra corpus est et omne corpus continuum est; sine quo ergo terra potest esse corpus, terra potest esse sine eo continuum; sed sine humido aquoso terra potest esse corpus, quia terra habet ex sua differentia specifica quod potest esse corpus et non ex humido aquoso.
2. Item, omnis forma naturalis in subiecto continuo est, quia nulla forma naturalis potest esse in subiecto indivisibili, sine quo ergo forma terrae potest esse in subiecto, sine eo terra potest esse continua; forma substantialis terrae potest esse in suo subiecto sine humido aquoso; ergo etc.

Contrarium in littera quod terra sine humido aquoso non continuatur.

- 15 Item, sine illo non potest terra esse continua quo expirante et extracto ex corporibus mixtis terra eorum fit pulvis et cinis;

8 in] est ms. quia] quod ms. 12 aquoso] corr. in marg.

12 Aristoteles, De gener. II (c. 2, 329b 14).

13-14 Aristoteles, De gener. II (c. 8, 335a 1-4).

sed humido aquoso extracto a corpore mixto fit terra mixti pulvis et cinis; ergo etc.

Ad hanc quaestionem dico quod est loqui de terra in sua propria natura secundum quod est quoddam corpus simplex, sic bene est continua sine humido aquoso: si non posset terra esse continua sine humido aquoso, terra non esset terra. Loquendo tamen de terra secundum quod ex ipsa generatur mixtum, ipsa in mixto non potest esse continua sine humido aquoso, et ideo videmus quod cum per calorem extrahitur humidum ex mixtis, sic cinis et pulvis relinquitur.

Per hoc apparet solutio ad rationes, quia procedunt suis viis.

Quaestio 5a.

Utrum corpus simplex possit esse nutrimentum mixtorum

Quaeritur utrum corpus simplex possit esse nutrimentum mixtorum.

Videtur quod sic:

1. Illud quod est in potentia ad formam membri, potest esse nutrimentum membri, quia nutrimentum oportet transiri in naturam et substantiam membri quod nutritur; sed corpus simplex ut aqua est in potentia ad formam membri eo quod aqua habet materiam primam quae est in potentia ad omnem formam; ergo etc.

2. Item, nutrimentum est ut restauret deperditum; sed aliud quod corpus simplex esse deperditum a corpore mixto est possibile, ut aqua per sudorem; ergo etc.

3. Item, ex quibus sunt mixta, ex his nutriuntur; mixta sunt ex mixtione corporibus simplicibus; ergo etc.

Contrarium in littera.

Item, Aristoteles 4^o Meteororum quod lac camellorum non nutrit, et reddit causam, quia valde aquosum est, et quod est

15 Aristoteles, De gener. II (c. 8, 335a 9 sqq.).

16-19 Aristoteles, Meteor. IV (c. 7, 384a 24-25). Cf. etiam Aristotelem, Historia animalium III (c. 20, 521b 31-32).

aquosum apparet, quia caseum non habet <nisi> valde modicum; ergo etc.

30 Item, nutrimentum debet esse receptivum formae mixti; corpus simplex manens in sua simplicitate non est receptivum formae mixti; ergo etc.

Item, illud idem quod eiectum est corpore plantae in fructu plantae faciens similem fructum in specie generari, illud idem
35 manens in corpore plantae, facit eius generationem; quod autem facit generationem plantarum, hoc est corpus mixtum; ergo etc.

Quaestio 6a.

Utrum omnia corpora mixta naturaliter sint in medio mundi

Quaeritur utrum omnia corpora mixta naturaliter sint in medio mundi.

Videtur quod non:

30 1. Libro De animalibus: animalium quaedam sunt in terra, quaedam in aqua, quaedam in aere, in igne non sunt animalia eo quod est fortis virtutis et animalia quae sunt in aere corpora mixta sunt; ergo non omnia mixta sunt in medio mundi.

2. Item, corpora ibi naturaliter, ubi naturaliter generantur;
35 sed quaedam corpora generantur superius in aere, ut quaedam animalia, et ferrum et lapides et grandines et huiusmodi.

Contrarium in littera.

Item, ibi quiescunt corpora naturaliter quo moventur per naturam; sed omnia corpora mixta naturaliter moventur ad
40 medium mundi; ergo etc.

Item, in illo loco est corpus naturaliter ex quo movetur violenter; omnia corpora mixta violenter moventur ex medio mundi; ergo etc.

Item, corpora mixta habent motum et locum et quietem in
45 mundo secundum elementum dominans in illis, quia corpora

17 valde] et *add.* 23 est] *s. l.* 32 aere] *corr. in marg.* 38 quo] *quae ms.*

30-33 Aristoteles, *Historia animalium* I (c. 1, 487a 15 sqq.). Cf. etiam Aristotelem, *Meteora* IV (c. 4, 382a 6-8).

37 Aristoteles, *De gener.* II (c. 9, 335a 24 sq.).

mundi ordinem habent naturalem in hoc mundo per suas naturas, et ideo qui eis naturas tales dedit, eis ordinem talem dedit; sed corpus mixtum terrae est a natura; ergo etc.

Quaestio 5b.

Ad primam quaestionem dico quod si hic sermo verus est »corpus simplex potest esse nutrimentum«, non est verus nisi 50 potentia remota, quia corpus simplex est in potentia ad formam mixti. Ex terra et aqua fit caro et os, et corpus mixtum est nutrimentum, sic corpus simplex potest esse nutrimentum, immediatum tamen nutrimentum necessario debet esse corpus mixtum, quia debet esse immediate receptivum membri formae. 55 Vide tamen quod corpus simplex || proprie non potest dici posse f. 91 ra esse nutrimentum, IX^o Metaphysicae: quod illud solum dicitur esse in potentia ad formam aliquam quod eget uno motore ad hoc quod habeat illam formam, ut argentum est in potentia ad fiolam, quia non eget nisi uno motore. Aqua eget duobus moto- 60 ribus, ut natura transmutante aquam in argentum et artifice faciente ex argento fiolam, ideo non dicitur in potentia ad fiolam nisi potentia remota. Sic ipsum corpus simplex potest dici nutrimentum.

1. Ad argumentum dico, quod illud quod est in potentia pro- 65 pinqua membri, potest esse nutrimentum, sed corpus simplex non est in potentia propinqua, immo eget pluribus motoribus. Unde aqua, licet sit in potentia etc., sed est in potentia remota, ideo non valet argumentum.

2. Ad aliud dico quod deperditum ex corpore mixto non 70 potest esse corpus simplex, quia nec sudor, neque sanguis, nec aliquid talium corpus simplex est.

3. Ad aliud dico quod mixta corpora sunt ex multis simplicibus

44 et locum] *in marg.* 47 naturas] *corr. in marg.* 60-61 motoribus] *ex modis corr.* 68 sit] *s. l.* 78 naturalem] *naturale ms.* 79 quod] *in marg.* habens]

57-60 Aristoteles, Met. IX (Θ c.7, 1048b 35-1049b 3). Cf. etiam Averroem, Met. IX c.12 & Paraphrasis in Met. tract. 3 (Opera, Vol.VIII, fol. 238-239 & 376-377).

commixtis, tamen quodcumque nutriri ex simplicibus commixtis
75 non est nutriri ex corporibus simplicibus.

Quaestio 6b.

Ad secundam quaestionem dico quod omnia corpora mixta
sunt circa medium mundi, et ratio huius est: quicquid in mundo
habet locum naturalem, corpus elementare est, quia nihil est
quod habet locum in mundo nisi elementum vel habens naturam
80 elementi. Et huius probatio: non est homo in loco naturali per
formam specificam hominis, nec asinus, quia sic oporteret loca
hominis et asini sic differre, sicut forma hominis et asini diffe-
runt, quod est falsum. Homo per suam formam specificam non
magis requirit sursum quam deorsum esse in mundo, sed quod
85 deorsum est, huius causa est passiones materiae, sicut grave,
frigidum, grossum (***) sunt passiones materiae, et ideo plus terrae
et aquae est mixtionibus plus respectu elementorum, ideo
sunt in medio mundi, ubi est locus illorum elementorum.

1. Ad argumentum dico quod quaedam sunt in aere natura-
90 liter, quia in eo salvatur solum natura eorum, sunt tamen circa
medium mundi naturaliter quantum est ex natura corporis sui,
et sunt solum in aere, quia ibi salvatur vita eorum. Ex pas-
sionibus suis corpora inclinantur ad medium mundi. Similiter
et de piscibus.

95 2. Ad aliud dico quod corpora mixta sunt ibi naturaliter, ubi
generantur essentialiter; sed mixta generata in aere non generan-
tur ibi essentialiter, sed accidentaliter, quia accidit materiam
eorum elevari usque ad istum locum.

Quaestio 7.

Utrum in perpetuis sit materia unica cum istis inferioribus

Quaeritur utrum in perpetuis sit materia unica cum istis in-
ferioribus.

Videtur quod non:

vel *add.* 82 sicut] sic *ms.* 86-88 sunt—elementorum] *textus corruptus.*
87 mixtionibus] mixti oibus *ms.* 88 sunt] sint *ms.* 91 sui] suis *ms.* 92
solum] *in marg.* ibi] ita *ms.*

quia quaecumque communicant unam naturam materiae, ista sunt ad invicem transmutabilia, quia cum duo corpora communicant unam naturam materiae, utrumque est receptivum formae utriusque. Sed corpora superiora non sunt transmutabilia ad ista inferiora.

Item, materia est principium corruptionis, sicut ipsa est principium generationis, quia nulli formae repugnat; si igitur in corporibus superioribus esset ista materia, essent corruptibilia, quod est falsum, et contra Aristotelem primo Caeli et Mundi.

Item, omne quod pertinet ad substantiam corruptibilem vel est corruptibile, sicut forma, vel causa corruptionis, sicut materia ipsa; ergo nulla res unius naturae potest pertinere ad substantiam corruptibilem et substantiam aeternam et incorruptibilem; ergo cum substantia caeli aeterna est, non communicat unam materiam cum istis inferioribus.

1. Contra, quaecumque communicant formam unius naturae, communicant naturam et subiectum unius naturae eo quod forma unius naturae non potest esse nisi in materia et subiecto eiusdem naturae; sed corpus caeli habet aliquam formam cum istis inferioribus, ut lucem et diaphaneitatem cum luce et diaphaneitate ignis; ergo etc.

2. Item, 8° Metaphysicae: in omni re mota oportet esse materiam et formam, ergo in rebus univoce motis oportet esse materiam unicam; sed superiora univoce moventur cum istis inferioribus, quia moventur localiter; ergo etc.

Ad istam quaestionem dico quod Plato in Caelo et Mundo posuit mundum esse genitum et esse incorruptibile et esse aeternum a parte post. Aristoteles arguit contra ipsum: si mundus est genitus, ergo materia transmutatur ad formam mundi; sed ab omni forma ad quam transmutatur materia, fit ab eadem transmutabilis sic, eo quod potentia passiva quam habet materia

5 cum] *corr. in marg.* duo] dico(?) *ms.* 7 corpora] forma *ms.* 10 repugnat] repugnant *ms.* 23 diaphaneitatem] diafonitatem *ms.*

11-12 Aristoteles, De Caelo et mundo I (c.9, 277b 27 & c.10, 279b 4 sqq.).
25-26 Aristoteles, Met.VIII (H c.1, 1042a 25 sqq.).

35 ad formam contradictoriorum est; unde sequitur, si mundus est
 genitus, mundus est corruptibilis, ergo male posuit Plato mun-
 dum esse generabilem, ut patet primo Caeli et Mundi. Unde cum
 materia istorum inferiorum sit transmutabilis a qualibet forma
 quam habet, si materia caeli esset eadem, esset similiter sic
 40 transmutabilis, quod est falsum, quia caelum non patitur istas
 peregrinas impressiones.

1. Ad argumentum dico quod maior vera est, sed minor falsa
 est. Res duae quarum una est genita et reliqua ingenita, non
 sunt unius naturae, X^o Metaphysicae: »corruptibile et incorrup-
 45 tibile non cadunt in una specie«.

2. Ad aliud dico quod maior vera est, sed minor falsa est,
 quia moventur circulariter, et circa locum et non in loco; ista
 inferiora moventur in loco, et ideo non est in istis cum illis mate-
 ria unica.

Quaestio 8.

Utrum formae generabilium et corruptibilium sint in corpore caelesti

Quaeritur utrum formae rerum generabilium et corruptibilium
 sint in corpore caelesti.

Videtur quod sic in littera: »Formae et species uniuscuiusque
 rei generabilis et corruptibilis in terminis est«, et vocat terminos
 5 corpus caeleste; ergo formae generabilium sunt in corpore cae-
 lesti.

Item, Commentator XI^o Metaphysicae: »omnes formae quae
 sunt in potentia in materia prima, sunt in motore primo actua-
 liter«, et reddit causam: quia »motor primus movet ad omnes
 10 formas«; sed non movet ad formas omnes nisi post corpus cae-
 leste; ergo formae generabilium sunt in corpore caelesti.

29-37 Aristoteles, De Caelo et mundo I (c.10, 280a 27-34). Cf. Platonem,
 Timaeus 28b-29, 37-38, 40-41.

44-45 Aristoteles, Met. X (I c.10, 1058b 26 sqq.).

3-4 Aristoteles, De gener. II (c.8, 335a 21).

7-11 Averroes, Met. XI (=XII) c.18 (Opera, Vol.VIII, fol.305v I); ibd.
 c.24 (Ibd. fol.309r F).

Item, omnis effectus aliquo modo est in sua causa; cum igitur corpus caeleste sit causa omnis rei generabilis et corruptibilis, sequitur quod omnis res generabilis et corruptibilis sit in corpore caelesti; ergo etc. 15

1. Contra, in quocumque sunt formae generabilium, illud habet materiam eiusdem naturae cum rebus generabilibus; unica enim natura in formis requirit unicam naturam in materia sibi subiecta; sed corpus caeleste non habet materiam eiusdem naturae cum rebus generabilibus; ergo etc. 20

2. Item, in quocumque sunt formae generabilium, illud est in eadem specie cum generabilibus, quia forma dat nomen et speciem; sed corpus caeleste non est in eadem specie cum re generabili et corruptibili; ergo, etc.

Ad hanc quaestionem dico quod omnes formae generabilium 25 sunt in corpore caelesti et sunt in motore proprio corporis caelestis et sunt in motore simpliciter primo per modum per quem omnis effectus est in sua causa agente: »motor enim primus habet in se omnes formas, cum moveat ad omnes formas«, ut dicit Commentator. Et quia effectum esse in sua causa agente 30 non est aliquid additum causae agenti, sed hoc significat causam agentem habere virtutem productivam sui effectus, ideo formas generabilium esse in corpore caelesti et in motore primo non significat aliquid additum in istis, et ideo omnia entia mundi sunt in motore primo. Ista tamen natura essendi 'in' non facit 35 ibi aliquam compositionem scilicet in motore primo. Aliquid enim esse in alio sicut in subiecto et materia, hoc facit compositionem. Aliquid esse in alio sicut in loco vel toto, iste modus essendi etiam facit compositionem, sed modus essendi 'in' sicut in agente || et in fine non facit compositionem. Quia etiam cor- f. 91 r b pus caeleste non est sufficiens causa generabilium, ideo generabilia non sunt sufficienter in corpore caelesti, quia corpus cae-

30 esse] est *ms.* 31 agenti] esse in sua causa agente *add.* 36 scilicet] sed(?) *ms.* 44 proprio] primo *ms.* corporis caelestis] corpore caelesti *ms.* 50-51 sicut—generabilis] *in marg.*

leste non movet nisi quia motum a motore primo. Nec sunt generabilia < sufficienter > in motore proprio corporis caelestis, quia
 45 iste motor non est sufficiens causa generationis, sed esse generabilia in motore primo sufficit eo quod est sufficiens causa omnium entium. Ideo dicit Aristoteles quod »forma omnis generabilis in terminis est«.

1. Ad argumentum dico quod argumentum procederet, si
 50 forma generabilis esset < ibi > sicut perfectio eius, sed non est ita, sed est forma generabilis in corpore caelesti sicut in sua causa agente.

2. Ad aliud dico similiter quod si forma esset ibi sicut perfectio eius.

Quaestio 9.

Utrum motus < caeli > sit causa corruptionis et generationis eorum quae sunt sub caelo

Quaeritur utrum motus caeli sit causa generationis et corruptionis eorum quae sunt sub orbe.

Videtur quod sic:

Primo Meteororum, quod licet stellae plures conferunt ad
 5 generationem, tamen sol maxime propter corporis magnitudinem.

Item, secundo Physicorum: »homo generat hominem et sol«; ergo si corpus caeli confert ad generationem hominis, multo magis ad generationem aliorum.

10 Item, videmus ad sensum quod redeuntibus in caelo constellationibus quae prius erant, redeunt in locis elementorum generata quae prius erant ibi; illud non esset nisi corpus caeleste esset causa generationis eorum quae sunt sub orbe.

Item, omne novum de necessitate fit ex causa aeterna,
 15 cuius probatio, quia unum novum non potest esse causa suffi-

10 videmus] *in marg.* 12 ibi] *in ms.* 16 sub] *sunt ms.* 21 virtutem]

47-48 Aristoteles, De gener. II (c. 8, 334b 32 sq.).

4-6 Aristoteles, Meteor. I (c. 9, 346b 20-23).

7 Aristoteles, Phys. II (c. 2, 194b 13).

ciens alterius novi; generatio et corruptio sub orbe effectus novi sunt; ergo etc. et non possunt contingere ex causa aeterna immobili, quia ex causa aeterna immobili non possunt contingere effectus contrarii; ergo oportet quod ista causa sit transmutatio.

1. Contra, omne quod generatur, <generatur> a sibi simili nomine 20 et specie, et solum hoc habet virtutem in substantias generatas per se; sed corpus caeleste non est idem nomine et specie generabilem; ergo etc.

2. Item, omne quod habet virtutem activam generativam sui similis est quolibet alio circumscripto; ista inferiora materialia 25 habent in se virtutes activas et generativas; ergo etc.

Ad hanc quaestionem dico quod alteratio caelestis causa est generationis istorum inferiorum, et ratio huius est. Hic tria intelligenda sunt: primo quod generatio et corruptio sunt transmutationes perpetuae quod sic potest probari: omne quod gene- 30 ratur generatur ex materia; cum igitur ista materia non potest esse ex aliqua forma separata, nec potest habere formam ipsius quod debet generari — quia tunc esset antequam generatur — ergo omne quod generatur, generatur ex materia existente sub formis contrariis ipsi generando; nunc apud generationem unius 35 oppositorum oportet corrumpi alterum oppositorum in eadem parte materiae, ante igitur omnem generationem est corruptio. — Item, omne corruptum est prius generatum, ergo ante omnem generationem est corruptio. Si igitur sic est, non contingit dare primum genitum nec primum corruptum. Ergo generatio et cor- 40 ruptio sunt transmutationes perpetuae.

Et quia perpetuae transmutationes sunt, ideo debent habere causam perpetuam. Et generatio et corruptio sunt contrariae, ideo debent habere causam perpetuam contrario modo se habentem, et talis causa est causa transmutata, sed talis causa est 45 corpus caeleste. Ista inferiora sunt causa transmutata, sed non sunt perpetua, similiter intelligentiae sunt causa perpetua, sed non sunt causa transmutata. Ideo allatio caelestis est causa gene-

veritatem ms. 28 est] lacunam suspicamur. 31 generatur] in marg. 39 generationem est corruptio] sensus autem transpositionem exigit, ita ut legatur: corruptionem est generatio. 42 Et] fortasse scribendum: 2°. 44-45 habentem]

rationis et corruptionis inferiorum quae sub orbe sunt. Et quia
 50 motus primus semper uniformis <est> respectu istorum inferiorum, ideo ex ipso non contingit ut aliquando sit generatio et aliquando corruptio. Sol autem et ceteri planetae secundum circulum aliquando accedunt et aliquando recedunt, et ideo iste motus est in causa, ut post generationem fit corruptio et e con-
 55 verso, et quia tempora accessus sunt aequalia, ideo generatio et corruptio sunt aequales.

Tertio intelligendum est quod licet motus stellarum secundum zodiacum sit causa generationis et corruptionis istorum inferiorum, aliquorum generationis et corruptionis sunt causa immedia-
 60 ta, sicut mutuae conversionis elementorum in se invicem, sicut etiam diversarum impressionum stellarum in diversis locis elementorum et generationis plantarum et transmutabilium quae fiunt in eis, et etiam animalium quorum generatio est per putrefactionem. Et ideo ista maiori necessitate sequuntur ex orbe,
 65 etiam in istis iudicia astronomorum certiora sunt. Quorumdam sunt causa mediata, ut animalium quae generantur per propagationem. Tria ergo declarata sunt: primo quod generatio et corruptio sunt perpetuae, secundo quod corpus caeleste est causa, tertio quod quorumdam immediate et quorumdam mediate.

habente *ms.* 48 allatio] alatio *ms.* 52 et] in *ms.* planetae] *ms. corruptum aliquid praebet.* 58 zodiacum] zodiacum cum *ms.* 60 mutuae] mutus *ms.* 61 stellarum] scistarum *ms.* 65 etiam] cum *ms.* 66 propagationem] paga_

64-65 Cf. Boethium de Dacia, Quaestiones super libros Topicorum II qu. 20, Utrum de futuris possit esse scientia: Dicendum ad hoc, quod quaedam sunt futura, quae habent causas necessarias, quae non possunt impediri. Et qui diligenter inspexit tales causas sciet omnia, quae ex eis sunt futura. Et illa pars astrologiae certior est, quae ex talibus dependet. Alia sunt futura, quorum causae impediri possunt. Et qui posset inspicere totam ordinem causarum et etiam omnia ex quibus tales causae impediri possunt, posset scire talia futura. Quia tamen valde difficile est totam ordinem causarum inspicere, ideo difficile est talia futura scire. Et illa pars astrologiae, quae ex talibus causis dependet difficilis est et minus certa. Cf. etiam Boethium de Dacia, De somniis (ed. Grabmann p. 221, 18 sqq.). Ex gratiosiss. communicatione J. Pinborg.

Respondetur tunc ad rationes:

70

1. Ad primum argumentum dico quod hoc verum est in quibusdam, et non oportet quod propter hoc ita sit in omnibus, scilicet 'quod generatur, ex simili nomine et specie generatur'.

2. Ad aliud dico quod licet homo vel ignis habeant in se virtutes generativas, non tamen generant sine virtute caelesti: 75 ignis enim non convertit elementum inferius in se nisi cum sua virtus formata per virtutem caeli sit. Similiter planta non fructificat, quamquam habeat virtutem generativam, nisi cum sua virtus fuerit mota a virtute caeli; similiter animalia bruta, licet habeant in se virtutes generativas, tamen non generant nisi ex 80 concupiscentiis corporis, et istae concupiscentiae proveniunt ex diversis passionibus corporis quae passiones proveniunt ex virtute caelesti. Et inde est quod huiusmodi animalia habent certum tempus generandi.

Quaestio 10.

Utrum motus caeli sit causa universaliter omnis motus qui contingit sub orbe

Quaeritur utrum motus caeli causa sit universaliter omnis motus qui contingit sub orbe.

Videtur quod sic:

Primum in unoquoque genere causa est omnium posteriorum; sed motus caeli est huiusmodi; ergo etc. 85

Item, omnis motus qui fit a motore genito, reducitur ad motum qui fit a motore ingenito sicut ad causam suam, eo quod motor genitus non potest esse sufficiens causa sui motus; sed omnis motus factus sub orbe fit ex motore genito; ergo etc.

Item, quod regulat virtutes omnium elementorum et omnium 10 corporum quae sunt ex elementis facta, hoc causat omnem mo-

tionem ms. 81 proveniunt] perveniunt ms. 82 proveniunt] perveniunt ms.
1 causa sit] causat ms. 7 ingenito] corr. in marg. 14 secunda] secundo ms.

13-15 Aristoteles, Meteor. IV (c.1, 379a 27 sqq.). Cf. Averroem, Meteor. IV c.8-10 (Opera, Vol.V, fol. 469).

tum qui fit in loco cuiuslibet elementi eo quod motus sequitur illud elementum quod est in eo a dominio; sed motus caeli regulat virtutes omnium elementorum, ut dicitur in secunda translatione Meteororum, in principio; ergo etc.

Item, omnis motus novus habet ante se alium motum qui sit causa eius, et huius probatio est: si enim omnia principia alicuius motus semper fuissent in eadem dispositione, non posset
 f. 91 va iste motus esse novus || nec esse cum prius non esset; omnis
 20 motus factus sub orbe, sive sit naturalis sive violentus, novus est, ergo etc. et non est alius motus ad quem possent reduci omnes motus novi nisi motus caeli; ergo etc.

1. Contra, motus iste quem facit agens qui in actione sua non dependet a motu caeli, non causatur a motu caeli; sed motus
 25 causatur ab anima rationali est huiusmodi; ergo etc.

2. Item, quæ moventur ex se, eorum motus non causatur ex motu caeli; (sed) naturalia moventur ex se, ut animalia.

Ad hanc quaestionem dico quod universaliter omnis motus qui sub orbe est, causatur ex motu caeli: quod enim aeternaliter
 30 post quietem sit motus et aeternaliter post motum sit quies, hoc debet contingere ex motu aeterno et causa aeterna. Aeternus enim effectus debet habere causam aeternam, et huiusmodi motus et quies aeternales non possunt esse penitus ex causa immobili et uno modo se habente, 8° Physicorum. Similiter hoc
 35 idem in quantum idem semper natum est facere idem. Similiter 8° quaerit Aristoteles quare quaedam partes mundi semper moventur et quaedam quandoque moventur et quandoque quiescunt, et respondet quod iste motus fit a motore moto, ideo possunt quiescere et movere; reliquæ partes semper quiescunt
 40 vel semper moventur, quia moventur a motore penitus immobili. Apparet igitur propositum quod omnis motus est a causa aeternaliter mota. Dices quod ex hoc quod dictum est, manifestum est quod motus aeternus est causa motus inferioris qui

24 dependet] *corr. s. l.* 36 mundi] *in marg.*

32-34 Aristoteles, Phys.VIII (c. 6, 259a 6-7).

36 sq. Aristoteles, Phys.VIII (c. 6, 260a 11-19).

aeternaliter fit, sed non est declaratum quod est causa omnis motus, propter hoc arguit sic: omnis motus novus habet alium ⁴⁵ motum ante se qui est causa eius, et omnis motus factus sub orbe novus est, ergo omnis motus qui sub orbe (est) habet ante se alium motum qui est causa eius. Cum igitur non contingit abire in infinitum in motibus quorum unus est causa alterius, tandem est devenire ad aliquem qui ab alio motu non causatur et sit ⁵⁰ perpetuus, cuiusmodi est motus caeli.

1. Ad argumentum dico quod omnis motus quem facit anima rationalis, dependet ex motu caeli, et declaratio huius est: anima non movet nisi per corpus cuius ipsa est perfectio; sed corporis generatio ex motu caeli dependet: homo generat hominem et ⁵⁵ sol, 2° Physicorum; ergo motus quem facit anima in corpore, dependet ex motu caeli. Non dico quod motus caeli necessitat animam rationalem in actionibus suis, sed dico quod motus ipsius animae quem facit in corpore, dependet ex motu caeli; etiam causatur ex motu caeli, licet non sufficienter ab eo ⁶⁰ causatur.

Item, intellectus non movet nisi post cognitionem: speculativum enim movet appetitum, 3° De Anima; in intellectu impossibile est cognitio sine sensu, sensus autem generatio dependet ex motu caeli; ergo operatio intellectus dependet ex motu ⁶⁵ caeli. Dico ergo universaliter quod omnis motus factus sub orbe vel est talis quod ipse sufficienter causatur ex motu caeli, vel est talis quod iste non potest fieri sine motu caeli. Et ista duo genera motuum inveniuntur in mundo.

2. Ad aliud dico quod quae moventur ex se sufficienter, eo- ⁷⁰ rum motus non causatur ex motu caeli, sed animalia non moventur sufficienter ex eo quod animal non movetur nisi ex motore moto, quia anima non est primus motor. Probatio quod omne animal movetur ex motore moto: omnis motor qui non est primus motor, est motor motus; sed anima non est primus ⁷⁵

60 sufficienter] *verbum illisibile add.* 63 intellectu] *intellectum ms.* 76 est] *s. l.*

45 sq. Aristoteles, Phys. VIII (c. 1, 251a 16 sq.).

55-56 Aristoteles, Phys. II (c. 2, 194b 13).

62-63 Aristoteles, De anima III (c. 8, 432a 7-8).

motor, quia nullus motor genitus est motor primus; sed anima est motor genitus, et iste motor qui ab alio movetur, non est motor sufficiens.

Quaestio 11.

Utrum vita uniuscuiusque viventis habeat certam periodum ex virtute caeli

Quaeritur <utrum> vita uniuscuiusque viventis habeat certam mensuram et certam durationem et certam periodum ex virtute caeli.

Videtur quod non:

- 5 1. Corpora animata habent suas durationes diversas propter suas diversas complexiones, quia illud animal maxime est remotum a corruptione quod maxime aequatur in sua complexione; ergo etc.
2. Item, si corpora animata durationem haberent ex virtute
10 caeli, tunc ea corpora quorum generatio est in eodem tempore, debent habere <eamdem> durationem, cuius contrarium apparet; ergo etc.

Contrarium in littera.

Ad hanc quaestionem dico quod vita uniuscuiusque viventis
15 habet certam durationem et certam periodum ex virtute caeli; cum enim quodlibet vivens durat per virtutem suae complexionis, et ex virtutibus stellarum, in sua complexione fortificantur virtutes suae complexionis et ex contrariis virtutibus stellarum debilitantur virtutes suae complexionis — nam per virtutem caeli
20 intenduntur et remittuntur omnes virtutes inferiorum. Unde Chalcidius dicit quod sapiens potest fortificare virtutes naturales per virtutes stellarum. Et Aristoteles dicit quod omnes virtutes eorum quae sub orbe sunt, regulantur per virtutes caelo-

1 habeat] habet *ms.* 7 a] *in marg.* 31 reliquum] relicum *ms.* 32 et]

13 Aristoteles, De gener. II (c. 10, 336b 10 sqq.).

21-22 Locum non inveni.

22-24 Aristoteles, De gener. II (c. 11, 338a 18 sqq.).

rum — si igitur ita sit, ut dictum est, omnia corpora animata certam periodum habent ex circulo caelesti.

25

1. Ad argumentum dico quod durant per suas complexiones, non sequitur 'ergo non per virtutem stellarum', quia stellae fortificant et remittunt complexiones.

2. Ad aliud dico quod deberent esse eiusdem complexionis quantum est ex parte stellarum, potest tamen ex aliquo contingere quod unum sit maioris durationis quam reliquum ex dietis, ex nutrimento corruptivo, ex laboribus, ex locis, et unum eorum habet meliorem modum vivendi quam reliquum, et ideo nulla sunt quae in durationem redire possent vel ex defectu patris et matris, ut dicit hic Commentator, scilicet ex diversitate agentis proxime, ut patris, aut ex diversitate agentis ultime, ut solis, etc.

Quaestio 12.

Utrum motus primus potest esse novus

Quaeritur utrum illatio sit perpetua, et quia illatio [[potest esse perpetua si motus primus est perpetuus, ideo quaeritur utrum motus primus possit esse perpetuus. Et videtur quod sic, quia] * * * (*Omnes rationes pro hac parte sunt ab aliquo censore contemporaneo, ut videtur, simili attramento crassis lineis illisibiles factae, in summa 8¹/₂ versus in ms. Ex his solum initiales versus potuerunt restitui cum probabilitate quos in parenthesi retulimus.*) cum ex eis fit motus sicut ante fieret * * * (*iterum 1¹/₂ versus ab eodem censore illisibiles facti*); ergo, etc.

Contra, mundus potest esse novus, ergo motus primus potest esse novus. Consequentia apparet, quia motus primus non praecedit mundum. Probatio antecedentis: volitum procedit a voluntate secundum formam voluntatis; nunc autem potuit esse talis forma voluntatis divinae, ut ab aeterno voluisset mundum fieri

fortasse addendum: quia. 34 in] exp.

34-35 Averroes, De gener. II c.70 (Opera, Vol.V, fol. 389).

15 in hora; ergo mundus potest esse novus, ergo et motus primus potest esse novus.

Item, sicut se habet motus alicuius partis mundi ad suum subiectum, sic totus motus mundi, ut diurnus, se habet ad suum subiectum; sed primus motus alicuius partis mundi potest esse
20 cum prius non esset, ergo et totius mundi motus.

* * * (*Tota solutio auctoris est ab eodem censore crassis lineis illisibilis facta, in summa 43¹/₂ versus in ms.*)

Sed secundum fidem mundus novus est et motus novus est, et non est ratio ad hoc, quia <quando> aliquis adducit rationem,
25 non ponit fidem. * * * (*Iterum 2 versus a censore crassis lineis illisibiles facti, quorum solum propositio initalis potuit cum probabilitate restitui*) [[Fides enim non potest esse scientia nec opinio. Non potest esse scientia, quia * * * Fides nec potest]] esse opinio, quia opinio est habitus acceptans cum formidine alterius
30 partis, sed fides non est habitus cum formidine alterius partis, quia iam esset eresis et non fides. Et similiter fides est quod generatio est nova. Dico ergo secundum fidem quod mundus non est aeternus et motus est novus, similiter et illatio est nova, similiter et generatio.

24 quando] *add. Van Steenberghen.* 29 acceptans] *acceptas ms.* 31 eresis] *epesis (i.e. appetitus) Van Steenberghen.* 33 illatio] *alatio ms. allatio saepius pro illatio adhibetur cf. e.g. [Thomam Aq.] In De gener. II lect. 10. Cf. etiam supra II qu. 9, 48.*

24-25 Cf. Boethium de Dacia, De aeternitate mundi, 21-22; 790.

23-34 Cf. Boethium de Dacia, De aeternitate mundi, 536-543; 783-790. Quaestiones super libros Physicorum III qu. 11 (CIm 9559 f.11ra).

INDEX QUAESTIONUM

LIBER PRIMUS

Prologus.....	3
1. Utrum generatio sit motus.....	5
2. Utrum naturalis debeat considerare aliquam factionem quae non sit generatio.....	6
3. Utrum in subiecto generationis requiratur aliqua potentia activa..	6
4. Utrum materia sit causa corruptionis.....	11
5. Utrum de generabilibus et corruptibilibus possit esse scientia.....	13
6. Utrum de generatione et corruptione sit scientia naturalis.....	13
De differentia generationis et alterationis	
7. Utrum alteratio differat a generatione.....	16
8. De positione Anaxagorae: posuit quod os et caro sunt elementa terrae, utrum hoc sit verum.....	16
9. Utrum elementa sint intransmutabilia.....	17
10. Utrum elementa sint genita ex chaos confuso.....	21
11. Utrum ista simplicia possint esse elementa mixtorum.....	22
12. Utrum elementa sint genita corpora.....	22
13. Utrum aliqua factio potuerit esse non ex materia.....	25
De generatione	
14. Utrum per generationem aliquid adquiratur nisi sola forma.....	28
15. Utrum generans per se corrumpit vel per accidens.....	30
16. Utrum possit fieri transmutatio in passionibus posterioribus non facta transmutatione in primis qualitatibus.....	32
17. Utrum corpus possit esse simul divisum secundum unumquodque punctum.....	35
18. Utrum generatio possit esse ex non-ente simpliciter.....	37
19. Utrum materia prima possit esse sine omni forma.....	39
De subiecto generationis	
20. Cum materia transmutatur ad formam substantialem, utrum ista transmutatio sit alteratio.....	41
21. Cum unum elementum transmutatur in aliud et illa duo elementa habent unam communem qualitatem, utrum ista communis qualitas remanet una et eadem in numero.....	43
De augmentatione	
22. Utrum illud quod augmentatur mutet locum.....	47
23. Utrum alterata mutent locum.....	47

24. Utrum illud quod generatur mutat locum.....	50
25. Utrum ad augmentationem sequatur alteratio.....	51
26. Utrum per augmentationem fiat generatio novae quantitatis.....	53
27. Utrum sit possibile ponere augmentum.....	54
28. Utrum motus alimenti ad membrum sit naturalis.....	55
29. Utrum quaelibet pars augmentati sit aucta.....	55
30. Utrum illud quod augetur debeat esse manens.....	56
31. Utrum augmentatio sit motus unus.....	60
32. Utrum illud quod augetur sit quantum in potentia tantum.....	61
33. Utrum anomoeomera augmentantur cum partes homoeomerae au- gentur.....	63
34. Utrum oportet statum esse in augmento animalium et plantarum..	64
35. Utrum animal ex nutrimento converso in suam substantiam posset se perpetuare.....	64

Capitulum de tactu

36. Utrum duo corpora possent se tangere immediate.....	69
37. Utrum magnitudinibus mathematicis debeatur tactus.....	70
38. Utrum magnitudinibus, corporibus mathematicis debeatur locus...	70

Capitulum de activis et passivis

39. Utrum activa et passiva sint in eodem genere.....	75
40. Utrum activa et passiva communicant in una natura materiae.....	75
41. Utrum illud quod patitur secundum quamlibet partem patitur.....	78
42. Utrum una pars alicuius continui possit pati ab alia.....	80
43. Utrum contingat dare primum alteratum.....	82
44. Utrum activa et passiva differant in specie.....	84
45. Utrum activa et passiva debeant esse contraria.....	85

De modo agendi et patiendi

46. Utrum sit ponere poros in corporibus.....	86
47. Utrum contraria in virtute possint ad invicem agere et pati.....	87
48. Utrum minus possit agere in maius.....	88
49. Utrum oporteat ponere aliquod ens immateriale.....	90
50. Utrum entia immaterialia agant sine omni passione.....	91

Capitulum de mixtione

51. Utrum mixtio elementorum sit possibilis.....	94
52. Utrum elementa secundum formam substantialem salvantur.....	94
53. Utrum forma substantialis possit intendi et remitti.....	95
54. Utrum mixtum aequale sit possibile.....	99
55. Utrum mixtum aequale circumscriptis extrinsecis corruptentibus sit corruptibile.....	101
56. Utrum aliquod corpus simplex positum in loco indifferenti possit cor- rumpi.....	104

LIBER SECUNDUS

1. Utrum generatio et corruptio sit in mixtis propter generationem et corruptionem elementorum.....	107
2. Utrum qualitates primae praecedant elementa.....	109
3. Utrum visus sit prior tactu.....	110
4. Utrum terra possit esse continua sine humidó et aquoso.....	111
5. Utrum corpus simplex possit esse nutrimentum mixtorum.....	112
6. Utrum omnia corpora mixta naturaliter sint in medio mundi.....	113
7. Utrum in perpetuis sit materia unica cum istis inferioribus.....	115
8. Utrum formae generabilium et corruptibilium sint in corpore caelesti	117
9. Utrum motus caeli sit causa corruptionis et generationis eorum quae sunt sub caelo.....	119
10. Utrum motus caeli sit causa universaliter omnis motus qui contingit sub orbe.....	122
11. Utrum vita uniuscuiusque viventis habeat certam periodum ex virtute caeli.....	125
12. Utrum motus primus potest esse novus.....	126

INDEX VERBORUM

IN PARTE SECUNDA HUIUS VOLUMINIS

INVENIETUR

INDEX AUCTORUM ET OPERUM LAUDATORUM

in Quaestionibus de generatione et corruptione
(Numeri ad paginas referuntur)

Alexander Aphrodisiensis	315b 24-30..... 10
<i>De fato ad imperatores</i>	316a 5 sq..... 10
(ed. Thillet)	317b 1 sq..... 37
p. 94, 79-81..... 33	317b 29-31..... 37
	319b 6-8..... 16, 32
	319b 18-31..... 44
	320a 17 sq..... 47, 50
	320b 16-17..... 39, 41
	321 a 2-4..... 56
	321a 6-7..... 39
	321a 29 sq..... 52
	321a 34..... 56
	321b 16-34..... 63
	322a 4-7..... 62
	322a 31-33..... 66
	322b 1 sq..... 69
	322b 29 sq..... 69
	323a 1-2..... 70, 71, 73
	323a 3 sq..... 70
	323a 6 sq..... 72
	323b 1 sq..... 75
	323b 29-33..... 75
	323b 31-33 76, 84, 85
	324a 1 sq..... 85
	324a 34-35..... 76, 91
	324b 4-6..... 91, 93
	324b 18..... 93
	326b 6-28..... 86
	326b 31-35..... 79, 87
	327a 1..... 81
	327a 30 - 328b 22..... 94
	328b 14-15..... 94
Aristoteles	
<i>Analytica Posteriora</i>	
II 99a 4 sq..... 75	
<i>De anima</i>	
II 416a 16-17..... 64	
423a 22-30..... 69	
III 432a 7-8..... 124	
432b 13-15..... 55, 59	
<i>Categoriae</i>	
4b 20-22..... 70	
5a 15-16..... 70	
15a 13..... 5, 8	
<i>De caelo et mundo</i>	
I 277b 27 sq.. 17, 20, 76, 116	
279b 4 sq..... 76, 116	
280a 27-34..... 117	
283a 24-25..... 65	
283a 27-28..... 104	
<i>De generatione et corruptione</i>	
I 314a 24-b 1..... 17	
314b 13-15..... 54	
315a 18-19..... 22	
315a 29 sq..... 10	

- | | | | |
|--|---------|----------------------------|----------|
| II 328b 33 sq..... | 23 | II 356b 6-7... 6, 9, 22, | 26 |
| 329a 32-35..... | 109 | IV 379a 5-6..... | 102 |
| 329b 14..... | 111 | 379a 16-18..... | 102 |
| 331a 12-21..... | 107 | 379a 27 sqq..... | 122 |
| 332a 3 sq..... | 23 | 383b 9-12..... | 86 |
| 334a 15-26..... | 18 | 384a 24-25..... | 112 |
| 334b 8-30..... | 24 | 384a 33-34..... | 86 |
| 334b 31-32..... | 22 | 385a 27-30..... | 86 |
| 334b 32 sq..... | 119 | 386a 9-17..... | 86 |
| 335a 1-4..... | 111 | | |
| 335a 9 sq..... | 55, 112 | <i>Physica</i> | |
| 335a 21..... | 117 | I 190a 9 sqq..... | 38 |
| 335a 24 sq..... | 113 | 190a 14-15..... | 26, 27 |
| 336a 23-31..... | 18 | 192a 28-29..... | 42 |
| 336b 10 sq..... | 65, 125 | II 194b 13..... | 119, 124 |
| 336b 17-26..... | 17 | 196b 10-13..... | 30 |
| 338a 18 sq..... | 17, 125 | III 201a 9 - b 5..... | 37 |
| | | 203a 31-33..... | 23 |
| <i>De historia animalium</i> | | IV 216b 22 - 217b 28... | 87 |
| I 487a 15 sqq..... | 113 | V 224b 30-32..... | 89 |
| locus non inventus.... | 5 | 225a 20-32..... | 8 |
| | | 225a 21-22..... | 5, 60 |
| <i>De longitudine et brevitate vitae</i> | | 225a 25-27, 32..... | 5 |
| 465b 1 sq..... | 46 | 226a 26-27..... | 18 |
| 466a 18-22..... | 65 | 226b 21-23..... | 69 |
| | | VI 236b 32 sq..... | 59 |
| <i>Metaphysica</i> | | VII 244b 2 - 245a 11.... | 34 |
| V (Δ) 1014a 26-27.. | 19, 94 | VIII 251a 16 sq..... | 124 |
| VI (Ε) 1026a 18-19.... | 14 | 253b 13-19..... | 60 |
| 1026b 2-4, 24-27 | 14 | 259a 6-7..... | 123 |
| 1027a 19-20..... | 14 | 260a 11-19..... | 123 |
| VII (Ζ) 1032a 13-22.... | 26 | 266b 5-6..... | 104 |
| 1032a 20-22..... | 101 | | |
| 1032b 30-32..... | 26 | <i>De sensu et sensato</i> | |
| 1033a 24 - 1033b19 | 28 | 445a 18 sq..... | 55 |
| 1039b 29-30..... | 11 | | |
| VIII (Η) 1042a 25 sqq. ... | 116 | <i>De somno et vigilia</i> | |
| 1042a 32-34..... | 92 | 458a 13 sq., 21 sq. | 58 |
| IX (Θ) 1048b 35-1049b3. | 114 | | |
| XII (Α) 1069b 24-26.... | 91 | <i>Averroes</i> | |
| 1069b 35-36..... | 28 | <i>De anima</i> | |
| 1071b 19-21..... | 90 | (ed. Crawford) | |
| 1071b 28-30..... | 84 | I c. 5 31-32..... | 14 |
| | | III c. 14..... | 91 |
| <i>Meteorologica</i> | | | |
| I 346b 20-23..... | 119 | | |

- Destructio Destructionum*
Disp. III..... 95
- De generatione et corruptione*
I c. 24..... 44
c. 38..... 57
II c. 6..... 109
c. 70..... 126
- Metaphysica*
XI(=XII) c. 18.....117
c. 24..... 117, 118
c. 35..... 78
c. 51..... 93
- Physica*
1 c. 81..... 39, 42
- Praedicamenta*
Tr. III, P. 4 Sermo de motu 8
- De substantia orbis*
c. 1..... 43
c. 2..... 16, 20, 103, 106
- Loci non inventi..... 4, 55
- Chalcidius**
Locus non inventus..... 125
- Galenus**
Locus non inventus..... 68
- Plato**
Timaeus, a Calcidio translatus
(ed. Jensen & Waszink)
29-30..... 21
- Porphyrius**
Isagoge, transl. Boethii
(ed. Minio-Paluello)
De genere I, 6-7..... 74
- Loci quidam paralleli qui in aliis
operibus Boethii de Dacia inve-
niri possunt**
- De aeternitate mundi*
(Ed. Sajo, 1964)
21-22..... 127
140-143..... 26
141..... 11
308-312..... 8
366-384..... 9
380-384..... 8
414-425..... 6
428-430..... 6
441-443..... 6
536-543..... 127
622-645..... 26
628-630..... 27
783-790..... 127
- Modi significandi*
(ed. Pinborg & Roos)
qu. 3, 47-48..... 92
qu. 3, 53 sq..... 14
qu. 5, 54-84..... 3
qu. 15, 26..... 8
- Quaestiones super IV Meteororum*
qu. 62..... 100
qu. 63..... 102
- Quaestiones super libros Physicorum*
I qu. 3..... 8
qu. 31..... 26, 27
III qu. 11..... 8, 127
- Quaestiones super libros Topicorum*
I qu. 16..... 8
II qu. 20..... 121
IV qu. 2..... 15
qu. 21..... 26

De somniis

(ed. Grabmann)

p. 221, 18 sqq..... 121

De summo bono

(ed. Grabmann)

p. 209–212..... 3

p. 211, 15..... 4

p. 215, 15–16..... 92

TITULI LIBRORUM

- Alexander Aphrodisiensis: De fato ad imperatores. Version de Guillaume de Moerbeke, ed. P. Thillet. Études de philosophie médiévale LI, Paris 1963.
- Aristoteles: Opera omnia, ed. I. Bekker, Berlin 1831.
- Averroes: Aristotelis opera cum Averrois commentariis, Venetiis apud Iuntas 1562-74.
- Averroes: De anima, ed. F. S. Crawford. Corpus Commentariorum Averrois in Aristotelem, Versionum latinarum VI, 1, Cambridge, Mass. 1953.
- Boethius de Dacia: De aeternitate mundi, ed. G. Sajó. Quellen und Studien zur Geschichte der Philosophie IV, Berlin 1964.
- Boethius de Dacia: Modi significandi, ed. J. Pinborg et H. Roos. Corpus Philosophorum Danicorum Medii Aevi IV, København 1969.
- Boethius de Dacia: Sophisma Omnis homo de necessitate est animal, ed. M. Grabmann. Beiträge zur Geschichte der Philosophie und Theologie des Mittelalters XXXVI, 1, Münster i.W. 1940.
- Boethius de Dacia: De summo bono. De somniis, ed. M. Grabmann. Mittelalterliches Geistesleben II, München 1936, p. 209-224.
- Chartularium Universitatis Parisiensis I, ed. Denifle et Chatelain, Paris 1889.
- Ph. Delhaye: Siger de Brabant, Questions sur la Physique d'Aristote. Les Philosophes Belges XV. Louvain 1941.
- A. Dondaine: Le manuel de l'inquisiteur 1230-1330. Archivum Fratrum Praedicatorum XVII, 1947, p. 186-192.
- J. J. Duin: Les Commentaires de Siger de Brabant sur la Physique d'Aristote. Revue Philosophique de Louvain, XLVI, 1948, pp. 463-480.
- J. J. Duin: La doctrine de la Providence dans les écrits de Siger de Brabant. Philosophes médiévaux III, Louvain 1954.
- W. Dunphy: The similarity between certain questions of Peter of Auvergne's Commentary on the Metaphysics and the Anonymous Commentary on the Physics attributed to Siger of Brabant. Medieval Studies XV, Toronto 1953, pp. 159-168.
- Ch. J. Ermatinger: Additional questions on Aristotle's Physics by Siger of Brabant or his school. Didascaliae, Studies in honor of Anselm B. Albareda, New York 1961, pp. 97-120.
- G. Fioravanti: Boezio de Dacia e la storiografia sull'Averroismo. Studi Medievali, 3a serie, VII fasc. 1, 1966, pp. 283-322.

- G. Fioravanti: «Scientia», «fides», «theologia» in Boezio di Dacia. Atti dell'Accademia delle Scienze di Torino, Classe di scienze morali, storiche e filologiche 104, 1969-70, pp. 525-632.
- Et. Gilson: Dante et la philosophie. Paris, 1939.
- E. Gilson: Boèce de Dacie et la double vérité. Archives d'Histoire Doctrinale et Littéraire du Moyen Âge XXX, 1955, p. 81-99.
- P. Glorieux: Un recueil scolaire de Godefroid de Fontaines. Recherches de Théologie ancienne et médiévale III, 1931, pp. 37-53.
- P. Glorieux: Répertoire des maîtres en théologie de Paris au XIII^e siècle. 2 vol. Paris 1933.
- M. Grabmann: Neu aufgefundene Werke des Siger von Brabant und Boetius von Dacien. Sitzungsberichte der Bayer. Akademie der Wissenschaften, Phil.-philos. u. hist. Klasse, 1924, 2.
- B. Hauréau: Un des hérétiques condamnés à Paris en 1277. Journal des Savants, 1886, pp. 176-183.
- B. Hauréau: Boetius, maître ès arts à Paris. Histoire littéraire de la France XXX, 1888, pp. 270-279.
- A. Maier: Nouvelles Questions de Siger de Brabant sur la Physique d'Aristote. Revue Philosophique de Louvain XLIV, 1946, pp. 497-513.
- A. Maier: Les Commentaires sur la Physique attribués à Siger. Revue Philosophique de Louvain XLVII, 1949, pp. 334-350.
- P. Mandonnet: Des écrits authentiques de S. Thomas d'Aquin, 2. éd. 1910.
- P. Mandonnet: Siger de Brabant et l'averroïsme latin au XIII^e siècle. 2d éd., Louvain 1908.
- A. Maurer: Boetius de Dacia and the double truth. Mediaeval Studies XVII, Toronto 1955, pp. 233-239.
- A. Maurer: The state of historical research in Siger of Brabant. Speculum XXXI, 1956, pp. 49-56.
- G. Meersseman: Laurentii Pignon Catalogi et Chronica, accedunt Catalogi Stamsensis et Upsalensis Scriptorum Ordinis Praedicatorum. Roma 1936.
- B. Nardi: Note per una storia dell'averroismo latino, I. Controversie Sigeriane. Rivista di storia della filosofia, 1947, pp. 134-140.
- B. Nardi: Il preteso tomismo di Sigieri de Brabante. Giornale critico della filosofia italiana, XVII, 1936, pp. 26-35.
- B. Nardi: Ancora sul preteso tomismo di Sigieri di Brabante. Giornale critico della filosofia italiana, XVIII, 1937, pp. 160-164.
- B. Nardi: Una nuova monografia su Sigieri di Brabante. Giornale critico della filosofia italiana, XX, 1939, pp. 453-471.
- J. Pinborg: Die Handschrift Roma, Biblioteca Angelica 549 und Boethius de Dacia. Classica et Mediaevalia XXVIII, Copenhagen 1969, pp. 373-393.
- Plato: Timaeus, a Calcidio translatus commentarioque instructus, ed. P. J. Jensen et J. H. Waszink. Plato Latinus IV, London 1962.

-
- Porphyrus: *Isagoge*, translatio Boethii, ed. L. Minio-Paluello. *Aristoteles Latinus*, I, 6-7, Bruges-Paris 1966.
- H. Roos: Der Unterschied zwischen Metaphysik und Einzelwissenschaft nach Boethius von Dazien. *Miscellanea Mediaevalia* V, 1968, pp. 105-120.
- G. Sajó: Un traité récemment découvert de Boèce de Dacie de mundi aeternitate. Texte inédit avec une introduction critique. Budapest 1954.
- G. Sajó: Boèce de Dacie et les commentaires anonymes inédits de Munich sur la Physique et sur la génération attribués à Siger de Brabant. *Archives d'Histoire Doctrinale et Littéraire du Moyen Âge* XXV, 1958, pp. 21-58.
- G. Sajó: Boethius de Dacia und seine philosophische Bedeutung. *Miscellanea Mediaevalia* II, Berlin 1963, pp. 454-463.
- F. Van Steenberghen: Siger de Brabant d'après ses oeuvres inédites. 2 vol. *Les Philosophes Belges XII-XIII*, Louvain 1931-1942.
- P. Wilpert: Boethius von Dacien — Die Autonomie des Philosophen. Beiträge zum Berufsbewusstsein des mittelalterlichen Menschen. *Miscellanea Mediaevalia* III, Berlin 1964, pp. 135-152.
- A. Zimmermann: Die Quästionen des Siger von Brabant zur Physik des Aristoteles. Köln 1956.
- A. Zimmermann: Dante hatte doch recht. *Philosophisches Jahrbuch* 75, 1967, pp. 206-217.